

## A 1. XIX CORNELIVS

- <sup>1</sup>i. Non esse iurandum
- ii. De alieno iudicio<sup>2</sup>
- iii. Sententiam in absentem esse cassam

---

<sup>1</sup> capitulatio om. ZGOHQA; in CLRXSWKNDBVP

<sup>2</sup> N reverses cc 1-2

### 1

#### *Rufo episcopo<sup>1</sup>. Non esse iurandum<sup>2</sup>*

Cornelius papa xx a Petro in secundo decretali suo<sup>3</sup>. Sacramentum autem hactenus<sup>4</sup> a summis sacerdotibus uel reliquis exigi nisi pro fide recta minime cognouimus, nec sponte eos iurasse repperimus. Itemque<sup>5</sup> nos sanctorum sequentes apostolorum eorumque<sup>6</sup> successorum<sup>7</sup> iura firmamus et sacramenta incauta fieri<sup>8</sup> prohibemus. JK + 115; H 173.5-7, Itemque - 23-24, M 165-6, 167; ID 5.308 (widely var. as BD 1.193), 12.39A to repperimus; C 2 q 5 cc 1-2

---

<sup>1</sup> N inserts here rubric and text of c 2; Rufo ep. after iurandum HQ

<sup>2</sup> Non esse iur. in mg. ZGO; om. D

<sup>3</sup> suo CRXSWKDA; om. NBVPZJGOHQ

<sup>4</sup> hactenus CKNBZGOHQ; om. A

<sup>5</sup> Itemque CRXKNBP; Item (as rubric beginning new section). Que ZGOHQ; Que A

<sup>6</sup> -que ss Z

<sup>7</sup> ss O

<sup>8</sup> incauta fieri LRXSWKNBVPZGOHA; fieri (incauta ss) C

### 2<sup>1</sup>

#### *De alieno iudicio<sup>2</sup>*

Nullus sacerdotum causam suam alieno committat iudicio, nisi ad sedem apostolicam fuerit appellatum, sed unusquisque comprouinciales iudices et notos habeat, nisi<sup>3</sup> aliquam uim temerarie [4va] multitudinis illic timuerit aut infestos<sup>4</sup> uel suspectos inibi iudices<sup>5</sup> habuerit<sup>6</sup>, pro quibus causis ad maioris auctoritatis iudices<sup>7</sup> et<sup>8</sup> ad<sup>9</sup> alias prouincias appellare<sup>10</sup> et uenire<sup>11</sup> concessum est. JK + 115; H 174.19-24, M 168; ID 6.325a

---

<sup>1</sup> om. A; as c 1 N

<sup>2</sup> De al. iud. CKBHQ; Rufo episcopo. De al. iud. N; Item (De al. iud. in mg.) ZGO

<sup>3</sup> ss S<sup>2</sup>

<sup>4</sup> infestos CRXSKNBVPO<sup>2</sup>; infectos ZJGOHQ

<sup>5</sup> in. iud. CKNBZGO; iud. in. HQ

<sup>6</sup> pro quibus habuerit *add. and canc.* H

<sup>7</sup> pro quibus - iudices (*corr. fr. -is Z*) C<sup>2</sup>LR<sup>2</sup>SKNBZGOH; om. CRX

<sup>8</sup> et LRXSWKNBVPZGOH; om. C

<sup>9</sup> ad CLRXKDBVZGOH; om. SNP

<sup>10</sup> prou. app. CKNBVZJGH; app. prou. OQ

<sup>11</sup> multitudinis illic - uenire in later hand, and partly in upper margin C

### 3<sup>1</sup>

#### *Sententiam in absentem<sup>2</sup> esse cassam<sup>3</sup>*

---

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> absentem CXSKNDVPZGHQ; absentem non R; absentes B; hac sentem O; G\*\*

<sup>3</sup> rubr. in mg. with no break ZGOHQ

Omnia ergo que aduersus absentes in omni negotio aut loco aguntur aut iudicantur omnino uacuentur. quoniam absentem nullus addicit<sup>4</sup> nec ulla lex dampnat.<sup>5</sup>  
*JK + 115; H 174.24-26, M 168; ID 6.325b; C 3 q 9 c 4*

<sup>4</sup> n ss over -ici- O

<sup>5</sup> Explicit *add.* LRXS

## A 1. XX LVCIVS

- i.<sup>2</sup> Quod qui crimina intendunt accusare possint  
ii. De rebus ecclesiasticis  
iii. Quod<sup>3</sup> sacrilegium facit qui aufert res ecclesie

<sup>1</sup> *capitulatio om.* ZGOHQA, in CLRXWKNDVBP

<sup>2</sup> Scribe adhuc *add.* ss K

<sup>3</sup> qui *add.* N, *om.* CLRWKDBV

### 1<sup>1</sup>

*Episcopis<sup>2</sup> tam Gallis<sup>3</sup> quam Hispanis. Quod qui crimina intendunt<sup>4</sup> accusare possint<sup>5</sup>*

Lucius papa xxi a Petro in primo decretali suo. Constitui placuit ut criminationes maiorum natu per alios non fiant nisi per ipsos qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni et inreprehensibiles apparuerint, et actis docuerint publicis omni se carere suspicione, atque inimicitia, et inreprehensibilem<sup>6</sup> fidem ac conuersationem<sup>7</sup> ducere. Vnde placuit ut a quibuscumque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos<sup>8</sup> ubi est<sup>9</sup> maior auctoritas fuerit prouocatum. audientia non negetur. ITEM<sup>10</sup>. Sapiens non est omnis qui nocet.

*JK + 123; H 176.1-6, Sapiens -, 178.25-26., M 169, 172; ID 3.140a (Sapiens - nocet), 6.326 to negetur; +C 2 q 7 c 52 (Criminationes - ducere), +C 6 q 1 c 14 (Sapiens - nocet)*

<sup>1</sup> *om.* A

<sup>2</sup> *after* Hispanis V

<sup>3</sup> Gallis CRSKNBJGOQ; Gall' V; Gallie Z; ? H

<sup>4</sup> imponunt V

<sup>5</sup> Ep. - Hisp. Quod qui - possint CKN; Ep. - Hisp. Quod qui crimina intendunt per se accusare debeant (*rubr. in mg.* ZGO) ZGOH; Quod - possint. Ep. - Hisp. SB; Ep. - Hisp. *in mg.* P

<sup>6</sup> uitam *add. and canc.* Z

<sup>7</sup> -at- ss H

<sup>8</sup> iud. eccl. CNDBZOH; eccl. iud. K

<sup>9</sup> est CXSKDBVPZGO; *om.* NHQ

<sup>10</sup> ITEM *as rubric to new section* ZGO

### 2<sup>1</sup>

*De rebus ecclesiasticis<sup>2</sup>*

Res quoque ecclesiarum uestrarum et<sup>3</sup> oblationes fidelium<sup>4</sup> quas significastis a quibusdam irruentibus uexari, uobisque et ecclesiis uestris auferri, indubitanter maximum est peccatum, testante scriptura que ait, Qui abstulerit aliquid patri uel matri<sup>5</sup>, et dicit hoc non esse peccatum homicide particeps est. Pater ergo noster sine

<sup>1</sup> *om.* A

<sup>2</sup> *rubric om. with no break* ZGOHQ

<sup>3</sup> et CRKNBZOQ; *om.* H

<sup>4</sup> fidelium LR<sup>2</sup>SWKNBVZOH, *om.* CRX

<sup>5</sup> uel matri ss R<sup>2</sup>

dubio Deus<sup>6</sup> est<sup>7</sup>, qui nos creauit, et mater nostra<sup>8</sup> ecclesia que nos in baptismo spiritualiter generauit<sup>9</sup>.

*JK + 123; H 178.27-32, M 172; ID 3.140b*

<sup>6</sup> dubio Deus *corr. fr.* dubio dubio Deus noster Z

<sup>7</sup> sine dubio Deus est CXSKBVPZOHQ; est Deus sine dubio D; Deus est sine dubio D<sup>2</sup>N

<sup>8</sup> *corr. fr.* mea H

<sup>9</sup> generauit LRXWKNBVPZGOHQ; regenerauit CR<sup>2</sup>S

**3<sup>1</sup>**

*Quod sacrilegium<sup>2</sup> facit qui aufert res ecclesie<sup>3</sup>*

Hec fieri prophete, hec apostoli, hec successores eorum, et omnium catholicorum patrum uetant<sup>4</sup> decreta et tales presumptiones sacrilegia esse diiudicant. Quorum nos sequentes exempla omnes<sup>5</sup> tales presump [14vb] tores<sup>6</sup> et ecclesie raptores atque suarum facultatum alienatores una uobiscum a liminibus sancte matris ecclesie anathematizatos apostolica auctoritate pellimus et dampnamus<sup>7</sup>, atque sacrilegos esse iudicamus<sup>8</sup>. Et non solum eos sed omnes consentientes eis, quia non solum qui faciunt rei iudicantur, sed etiam qui facientibus consentiunt. Par enim pena et agentes et consentientes comprehendit.<sup>9</sup>

*JK + 123; H 179. 17-25, M 172-3; ID 3.140c; cf C 17 q 4 c 5 var., of which all from esse iudicamus is a later addn*

<sup>1</sup> *om.* A

<sup>2</sup> sacrilegium CRKNVZOH; sacrificium B

<sup>3</sup> Quod – ecclesie CKNB; Item ( Nota (*om.* Z) quod sacr. - eccl. *in mg.* ) ZGO; Nota quod - ecclesie HQ

<sup>4</sup> patrum uetant CKNBVZGH; uetant patrum O; patrum Q

<sup>5</sup> *in mg.* V<sup>1</sup>

<sup>6</sup> -tores CKDBZGOH; -tiones N

<sup>7</sup> et dampnamus LXSWKNBVPZOH; dampnamus R<sup>2</sup>; *om.* CR

<sup>8</sup> -amus CRNDBZOH; -amur K

<sup>9</sup> Explicit *add.* RXX

**A 1. XXI STEPHANVS**

- i. De infamibus personis
- ii. De uestimentis ecclesie
- iii. De spoliatis
- iiii. Que accusationes recipi non debeant
- v.<sup>2</sup> Quod per scriptum nullus sit accusandus
- vi. Ante responsionem uocandum episcopum a primate
- vii. Primam discussionem debere fieri intra prouinciam

<sup>1</sup> *capitulatio om.* ZGOHQA; *in* CLRXSWKNDBVP

<sup>2</sup> iiii C

**1<sup>1</sup>**

*Hylario episcopo. De infamibus personis<sup>2</sup>*

Stephanus papa xxii a Petro in primo decretali suo. Infames esse personas eas<sup>3</sup> dicimus que pro aliqua culpa notantur infamia, id est qui<sup>4</sup> Christiane legis normam

<sup>1</sup> *om.* A

<sup>2</sup> Hylario episcopo (amico BVP). De inf. pers. CRXKNBVP; Hylario amico (De infamibus (infamis Z, infabis O) pers. *in mg.* ZGO) ZGOH

<sup>3</sup> esse pers. eas LRXSWKNBPZOH; pers. esse eas C; pers. eas esse V

abiciunt, et statuta ecclesiastica contempnunt. Similiter fures, sacrilegos et omnes capitalibus criminibus irretitos. Sepulchrorum quoque uiolutores et apostolorum atque successorum eorum reliquorumque<sup>5</sup> sanctorum patrum statuta libenter<sup>6</sup> uiolutores<sup>7</sup>, et omnes qui aduersus patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur. Similiter et incestuosos<sup>8</sup>, homicidas, periuros, raptos, maleficos, ueneficos, adulteros, de bellis fugientes et qui indigna sibi petunt loca tenere, aut facultates ecclesie abstrahunt iniuste, et qui fratres calumpniantur aut accusant et<sup>9</sup> non probant, uel qui contra innocentes principum animos ad iracundiam prouocant, et omnes anathematizatos uel pro<sup>10</sup> suis sceleribus ab ecclesia pulsos et omnes quos ecclesiastice uel seculi leges infames pronunciant. Hos uero non ordines, nec seruos ante legitimam<sup>11</sup> libertatem, nec penitentes nec digamos<sup>12</sup>, nec eos qui curie deseruiunt [15ra] uel qui non sunt integri corpore aut sanam non habent mentem uel intellectum aut inobedientes sanctorum decretis<sup>13</sup> existunt, aut furiosi manifestantur. Hii omnes nec ad sacros gradus<sup>14</sup> debent prouehi, nec isti, nec liberti, neque suspecti, nec rectam fidem uel<sup>15</sup> dignam<sup>16</sup> conuersionem non<sup>17</sup> habentes summos sacerdotes possunt accusare. *JK +130; H 182.2-19, M 175-6; ID 5.291 var. as BD 1.173; C 6 q 1 c 17 has more, and nec isti nec liberti – accusare is part of a later addn*

<sup>4</sup> et add. H, om. CKNBZJGOQ

<sup>5</sup> -que ss B

<sup>6</sup> om. V

<sup>7</sup> uiolutores LRXWKNBZOH; uiolantes CS; uiolateres P

<sup>8</sup> corr. fr. incestuos B

<sup>9</sup> et CRSBPZOH; uel KND

<sup>10</sup> ss O

<sup>11</sup> -imam CKNBZGH; -ima O

<sup>12</sup> after corr. H

<sup>13</sup> corr. fr. electis L

<sup>14</sup> ordines (uel gradus ss) L

<sup>15</sup> uel CLSBVPZOH; nec R<sup>2</sup>XKND

<sup>16</sup> condignam V

<sup>17</sup> non CLRXS<sup>2</sup>BVPZOHQ; om. SKND

## 2

### *De uestimentis ecclesie<sup>1</sup>*

Vestimenta ecclesiastica quibus Domino ministratur et sacrata debent esse et honesta. Quibus in aliis usibus non debet frui quam ecclesiasticis et Deo dignis officiis. Que nec ab aliis debent contingi aut ferri nisi a sacratis hominibus ne ultio que Balthasar percussit super hec transgredientes<sup>2</sup> et talia presumentes<sup>3</sup> ueniat diuina, et corruere eos faciat ad ima.

*JK +130; H 183.1-5, M 176; ID 2.74 (inscr. as here); De cons. D 1 c 42*

<sup>1</sup> De uest. (corr. fr. -tes RX) ecclesie (ecclesiasticis, corr. fr. -ica R) CRXKNB; Item. De uest. eccl. (De uest. eccl. in mg. ZGO) ZGOHQA; om. P

<sup>2</sup> -tes CRXKNBV; -tibus ZGOHA

<sup>3</sup> -tes CRXKNBVP; -tibus ZGOHA

3<sup>1</sup>*Idem in secundo decretali omnibus episcopis. De spoliatis*<sup>2</sup>

Nullus episcoporum dum suis fuerit rebus expoliatus aut sede propria qualibet occasione pulsus debet accusari aut a quoquam ei potest crimen<sup>3</sup> obici priusquam<sup>4</sup> integerrime restauretur<sup>5</sup> et omnia que ei ablata quocumque sunt ingenio legibus<sup>6</sup> redintegrentur, et ipse proprie sedi et pristino statui regulariter reddatur, ita ut omnes possessiones et cuncta sibi iniuste sublata<sup>7</sup>. atque fructus omnes ante ceptam accusationem primates et synodus episcopo de quo agitur funditus restituant.

*JK + 131; H 184.12-18, M 177; ID 5.255a as BD 1.142a*

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> Idem - spoliatis CXKNBVQ; Omn. ep. De spol. Idem - decretali H; Omn. ep. in sec. decr. (De spol. *in mg.*) ZGO

<sup>3</sup> after corr. H

<sup>4</sup> priusquam CRKNVZOH; prius B

<sup>5</sup> corr. fr. -atur H

<sup>6</sup> ss L<sup>2</sup>

<sup>7</sup> corr. fr. ablata O

4<sup>1</sup>*Que accusationes recipi non debeant*<sup>3</sup>

Accusatores et accusationes quas seculi leges non recipiunt et antecessores nostri prohibuerunt et nos submouemus. Nullus enim alienigena aut accusator eorum fiat aut<sup>4</sup> iudex. ITEM<sup>5</sup>. Repellantur habitantes cum inimicis et omnes laici. quia infestationem blasphemie affectio amicitie<sup>6</sup> incitare solet. Nec illi in uestra sunt suscipiendi accusatione, qui uos in sua nolunt recipere infamatione. Nullus enim anathema<sup>7</sup> suscipiatur, nec a quoquam [15rb] credantur que ab eis uel dicuntur uel conscribuntur. Eos dico anathematizatos esse quos episcopi suis scriptis<sup>8</sup> anathematizauerunt<sup>9</sup>, atque<sup>10</sup> eorum statuta anathematizant.

*JK + 131; H 184.24-26. Item - H 184.28- 185.5, M 178; ID 4.71, 6.327 (insc. as here); IP 4.79 (Nullus alienigena - aut iudex), 4.62 (Repellantur - infamatione); C 3 q 5 c 8a as IP 4.79*

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> Item add. ZGOH

<sup>3</sup> Que acc. - deb. *in mg.* ZGO

<sup>4</sup> ss Z

<sup>5</sup> Rubric to new section in GO; om. Q

<sup>6</sup> inimicie add. ss K

<sup>7</sup> anathema CKNDB (followed by erasure) VZOH; anathematizatus K<sup>2</sup>

<sup>8</sup> scripturis P

<sup>9</sup> -auerunt LRSXW<sup>2</sup>KNBVPZOH; -euerunt C; -aterunt W

<sup>10</sup> atque CRXKNB; aut SVPZGOH

5<sup>1</sup>*Quod per scriptum nullus sit accusandus*<sup>3</sup>

Per scripta enim nullius<sup>4</sup> accusatio suscipiatur, sed<sup>5</sup> propria uoce, si legitima et condigna accusatoris persona fuerit. presente uidelicet eo quem accusare desiderat, quia nullus absens aut<sup>6</sup> accusari potest, aut accusare<sup>7</sup>.

*JK + 131; H 185.5-7, M 178; ID 5. 293a as BD 1.177a, 6. 328 (insc. as here); IP 4.53; cf C 2 q 8 c 5*

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> Item add. ZGOHQ

<sup>3</sup> Que acc. - deb. *in mg.* ZGO

<sup>4</sup> corr. fr. nullus Z

<sup>5</sup> suscipiatur add. and canc. O

<sup>6</sup> aut CRXSKNBV; nec ZGOH

<sup>7</sup> nec acc. pot. aut acc. *in mg.* H

6<sup>1</sup>*Ante responsionem uocandum episcopum a primate*<sup>2</sup>

Nullus episcopus<sup>3</sup> accusari<sup>4</sup> potest aut respondere suis accusatoribus debet priusquam regulariter a suo primate uocatus sit, locumque defendendi et inquirendi accipiat ad abluenda crimina.

*JK + 131; H 185.8-10, M 178; ID 5. 293b, sl. var. as BD 1.177b*

<sup>1</sup> *om. A*

<sup>2</sup> Ante - primate CRXKNDB; Idem. Ante - primate (Ante - primate *in mg.* ZGO) ZGOH

<sup>3</sup> aut *add.* LR<sup>2</sup>S, *om.* CRXKNBZGOH

<sup>4</sup> *corr. fr.* -are L

7<sup>1</sup>*Primam discussionem*<sup>2</sup> *debere fieri intra prouinciam*<sup>3</sup>

Ultra prouincie uero terminos accusandi licentia non progrediatur<sup>4</sup>, sed omnis accusatio intra prouinciam audiatur, et a comprouincialibus terminetur, nisi ad sedem apostolicam fuerit tantum appellatum. Et neganda est accusantibus<sup>5</sup> licentia criminandi priusquam se crimine quo premuntur<sup>6</sup> exuerint, quia non est credendum contra alios eorum confessioni qui criminalibus<sup>7</sup> implicati<sup>8</sup> sunt, nisi se<sup>9</sup> prius probauerint innocentes. Quoniam periculosa est<sup>10</sup> et admitti non debet rei aduersus quemcumque confessio. Familiares uero et sponte confessi atque sceleribus irretiti non debent admitti, nec hii<sup>11</sup> qui hesternae die aut perendie<sup>12</sup> aut ante fuerunt<sup>13</sup> inimici. Clericus uero qui episcopum suum<sup>14</sup> accusauerit, aut ei insidiator extiterit non est recipiendus, quia infamis effectus est, et a gradu debet recedere<sup>15</sup> ac<sup>16</sup> curie tradi<sup>17</sup> seruiturus. Laicis quoque quamuis religiosi sint, nulli tamen de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur<sup>18</sup> unquam attributa facultas<sup>19</sup>.

*JK + 131; H 185.28-186.10, M 178-9; IP 4.33 (to appellatum); C 3 q 6 c 4 as IP, C 3 q 11 c 1 from Neganda to confessio (professio)*

<sup>1</sup> *om. A*

<sup>2</sup> discussionem CKNBVZJGQ; dissensionem O; discussionem a primate H

<sup>3</sup> Primam - prou. CKNB; Item. Primam - prou. (Primam - prou. *in mg.* ZGO) ZGOH

<sup>4</sup> -a- ss K

<sup>5</sup> -antibus LRXSWKNBVPZOH; -atis CL<sup>2</sup>

<sup>6</sup> premuntur CKDBZOH; tenentur N

<sup>7</sup> criminalibus CRXSKNBVP; criminibus ZGOHQ

<sup>8</sup> *corr. fr.* impleti O

<sup>9</sup> ss O

<sup>10</sup> ss B

<sup>11</sup> hii CXKNDBGOH; ii Z

<sup>12</sup> *after corr.* V<sup>2</sup>

<sup>13</sup> -erunt CKBVZO; -erint ND

<sup>14</sup> *after uero but marked for moving* O

<sup>15</sup> recedere LRXSWKNBVPZOH; recidere C

<sup>16</sup> ac CSKNBPZJGO; aut VHQ

<sup>17</sup> seru. tradi *marked for reversal* B

<sup>18</sup> legitur CKNBZJGOQ; legi H

<sup>19</sup> Explicit *add.* RXS. *Lmg. adds* Lacis [*sic*] minime concessam esse facultatem disponendi ecclesiastica

A 1. XXII SYXTVS<sup>1</sup> [II]

<sup>1</sup> Cap. ex decretis Syti pape S

- 2i. Iniuste dampnatos oportere restitui  
 ii. De retractando<sup>3</sup> comprouinciali iudicio a sede apostolica [15va]

<sup>2</sup> capitulatio om. ZGOHQ; in CLRXSWKNDBVP

<sup>3</sup> tract- X

1<sup>1</sup>

*Fratribus per Hispaniam<sup>2</sup>. Iniuste dampnatos oportere restitui<sup>3</sup>*

Syxtus papa .xxiii. a Petro in secundo decretali suo. Fratres quos timore terreno iniuste dampnastis scitote a nobis iuste esse restitutos. Quibus ex auctoritate sancti Petri apostolica auctoritate<sup>4</sup> omnia que<sup>5</sup> eis ablata sunt integerrime reddi precipimus. si non uultis et uos et principes uestri a collegio nostro et membris ecclesie separari. Iusto enim iudicio Dei datur plerumque peccatoribus potestas qua sanctos ipsius persequantur<sup>6</sup>, ut qui spiritu Dei iuantur et aguntur fiant<sup>7</sup> per laborum exercitia clariores. Illi tamen qui hoc agunt nullatenus euadunt penam, quia ut ait Dominus, Ve illi per quem<sup>8</sup> scandalum<sup>9</sup> uenit. ITEM<sup>10</sup>. Incerta non iudicemus quoadusque ueniat Dominus qui et illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium. Et quamuis uera sint, non tamen credenda sunt nisi que certis indiciis comprobantur. nisi que manifesto iudicio conuincuntur, nisi que iudiciario ordine publicantur<sup>11</sup>. Nullus ergo potest humano condempnari examine quem Deus suo iudicio reseruauit. Hec omnia summopere sunt<sup>12</sup> precauenda, ne presumptores esse uideamur<sup>13</sup>. Et accusatio episcoporum non est facile recipienda, dicente Domino, Non suscipias uocem mendacii. Et apostolus inquit, Aduersus presbiterum inscriptionem non<sup>14</sup> recipiendam absque<sup>15</sup> duobus uel tribus idoneis testibus<sup>16</sup>. Si hec de presbiteris uel ceteris fidelibus sunt precauenda, quantomagis de episcopis?

*JK + 134; H 192.26 - 193.2 Incerta non - 193.6-16, M 185-6; ID 5.247; IP 4.114 (Incerta - publicantur); +C 9 q 3 c 19 to ecclesie separari. only*

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> Fr. - Hisp. in mg. H; om. Q

<sup>3</sup> rubric in mg. ZGO

<sup>4</sup> -itate sancti Petri ap. - auctoritate in mg. C

<sup>5</sup> ab add. and canc. O

<sup>6</sup> -uantur LRXSWNDBVZ<sup>2</sup>JGOH; -uuntur CKO<sup>2</sup>; consequantur W; sequantur Z; ? P

<sup>7</sup> in mg. Z

<sup>8</sup> ss B

<sup>9</sup> corr. fr. sascan- O

<sup>10</sup> Non esse iudicandum de incertis add. in mg. L<sup>2</sup>; Rubric to new section: De ordine iudicis (iudicum G) in mg.

ZGO; Item de ordine iudicii in text HQ

<sup>11</sup> ordieant H; ordine iudicantur H<sup>2</sup> (repeated at foot of leaf)

<sup>12</sup> sunt CKDBZGOH; om. N

<sup>13</sup> -eamur R<sup>2</sup>SWKNBVPZGOH; -eantur CLR?X

<sup>14</sup> esse add. N, om. CKDBZGOH

<sup>15</sup> abque H

<sup>16</sup> idon. test. CKNBZGH; test. idon. O

2<sup>1</sup>

*<sup>2</sup>De retractando comprouinciali<sup>3</sup> iudicio a sede apostolica<sup>4</sup>*

Placuit ut accusatus uel iudicatus a comprouincialibus in aliqua causa episcopus licenter appellet et adeat apostolice sedis pontificem qui aut per se aut per uicarios suos retractare eius negocium procuret. Et dum iterato iudicio pontifex causam suam

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> Item add. ZGOH

<sup>3</sup> comprouinciali CKNBZGH; conuinciali O

<sup>4</sup> De - apost. in mg. ZGO

agit<sup>5</sup>, nullus alius in eius loco ponatur aut ordinetur episcopus. Quoniam quamquam comprouincialibus episcopis accusati causam episcopi<sup>6</sup> scrutari liceat, non tamen diffinire inconsulto Romano pontifice permissum<sup>7</sup> est cum [15vb] beato Petro apostolo non ab alio quam<sup>8</sup> ipso dictum sit Domino, Quecumque ligaueris<sup>9</sup> super terram erunt ligata et in celis, et quecumque solueris super terram erunt soluta et in celis.<sup>10</sup>

*JK + 133; H 190.26-34 (lacking et quecumque solueris - celis, M 184; ID 5.4a; IP 4.125 (Placuit-procuret), 4.136 (Quoniam-permissum est); C 3 q 6 c 5 (Accusatus-permissum est)*

<sup>5</sup> causam suam agit CKNVPZOHQ; agit causam suam B

<sup>6</sup> acc. causam ep. in mg. Z

<sup>7</sup> -mi- ss C

<sup>8</sup> ab *add.* ZGOH; *om.* CRXKNBV

<sup>9</sup> -eris LSKNBVP?ZGOHQ; -eritis CRXW

<sup>10</sup> Explicit *add.* LRXS

## A 1. XXIII DYONISIUS

- i. De distinctionibus ordinum
- ii. Vt singule parrochie dentur singulis presbiteris

<sup>1</sup> *capitulatio om.* ZGOHQA, in CLRXSWKNDBVP

### 1<sup>1</sup>

#### *Seuero<sup>2</sup> episcopo. De distinctionibus ordinum<sup>3</sup>*

Dyonisius papa xxiiii a Petro in secundo decretali suo. Ad hoc diuine<sup>4</sup> dispensationis prouisio<sup>5</sup> gradus diuersos constituit, ordinesque distinctos ut dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, et potiores minoribus dilectionem impenderent, una concors fieret ex diuersitate contextio<sup>6</sup>, et recte officiorum gereretur administratio singulorum. Neque uniuersitas alia<sup>7</sup> poterat<sup>8</sup> ratione subsistere nisi huiusmodi magnus eam differentie ordo seruaret.

*JK + 139; H 195.37-196.4, M 189*

<sup>1</sup> *om.* A

<sup>2</sup> -erino Q

<sup>3</sup> De – ord. in mg. ZGO; *insc. and rubric precede c 2 A*

<sup>4</sup> *repeated and canc.* O

<sup>5</sup> prouisio CKNBJGOH; prouiso Z

<sup>6</sup> -exio CKNBZO; -extio GHQ

<sup>7</sup> ss C

<sup>8</sup> -erat CLXSBVPZGOH; -erit KND

### 2

#### *Vt singule parrochie dentur singulis presbiteris<sup>1</sup>*

<sup>2</sup>De ecclesiis parrochianis unde apostolicam sedem consulere uoluisti, qualiter sint custodiende per Cordubensem prouinciam ac diuidende sacerdotibus nichil tue caritati melius nobis uidetur<sup>3</sup> intimari<sup>4</sup> quam ut sequaris quod nos in Romana ecclesia nuper

<sup>1</sup> Vt sing. parr. dentur singulis (parroch<sup>1</sup> *add.* P) presbiteris CRXKNBVP; Item (*in mg.* Z). Vt sing. - singulis dentur presbiteris ZJOGH (*in mg.* JGO, *before* Ecclesias uero singulas *below* ZH); Vt sing. - singulis presbiteris dentur Q; Seuero episcopo. De distinctionibus ordinis A (*cf c 1*) *with* Singulis presbiteris singulas ecclesias datas *in A<sup>2</sup> mg.*

<sup>2</sup> Dionisius papa xxiiii a Petro in secundo decretali suo *add.* A *from c 1*

<sup>3</sup> uidetur nobis V; nobis uidetur *repeated* R

egisse cognoscitur. Ecclesias uero singulas singulis presbiteris dedimus, parrochiasque et cimiteria eis<sup>5</sup> diuisimus<sup>6</sup>, et unicuique ius proprium habere statuimus<sup>7</sup>, ita uidelicet ut nullus alterius parrochie terminos aut ius inuadat, sed unusquisque terminis suis<sup>8</sup> sit contentus<sup>9</sup>, et taliter ecclesiam et plebem sibi commissam custodiat, ut ante tribunal eterni iudicis ex omnibus sibi<sup>10</sup> commissis rationem reddat et non iudicium sed gloriam pro suis actibus accipiat. Hanc quoque normam karissime te et omnes episcopos sequi conuenit, et quod tibi scribitur omnibus quibuscumque potueris notum facias ut non specialis sed generalis fiat ista preceptio.<sup>11</sup>

*JK + 139; H 196.12-24, M 189; ID 3.47 as BD 3.43; IP 2.44 (Ecclesias singulas - accipiat); C 13 q 1 c 1 as IP*

<sup>4</sup> uid. int. CRKNB; uidetur intimare ZJOHQ; int. uid. A

<sup>5</sup> *ss C*

<sup>6</sup> *corr. fr.* dedimus O

<sup>7</sup> statuimus CXKNBZGOQA; constituimus H; et unicuique - statuimus *in mg.* B

<sup>8</sup> term. suis CXSKNBVPH; suis term. ZGOQA

<sup>9</sup> contemptus A

<sup>10</sup> *ss Z*

<sup>11</sup> Explicit *add.* RXS

## A 1. XXIV FELIX

- i. De incertis iudiciis
- ii. Vbi fieri debeat discussio
- iii. Retractandam iniustam episcoporum dampnationem
- iiii. Quando sint adeundi primates [16ra]
- v. Quantum spacii dari debeat<sup>2</sup> restituto
- vi. De examinatione accusantium
- vii. Quod infames non sunt repellendi a propriis causis

<sup>1</sup> *capitulatio om.* ZOGHQA; *in* CLRXSWKNDBVP

<sup>2</sup> dari deb. CLRXSWBV; deb. dari KND; dare deb. P

### 1<sup>1</sup>

#### *Paterno coepiscopo. De incertis iudiciis<sup>2</sup>*

Felix papa xxv a Petro<sup>3</sup> in primo decretali suo. In re dubia certa non iudicetur sententia, nec ullum<sup>4</sup> iudicium nisi ordinabiliter<sup>5</sup> habitum teneatur.

*JK + 142; H 198.8-9, M 191; ID 6.329a (insc. as here)*

<sup>1</sup> *om.* A

<sup>2</sup> Paterno coepiscopo (episcopo N). De - iud. CRXSKNBP; Paterno episcopo. (De inc. iud. *in mg.*) ZJGO; De incertis iudiciis Paterno episcopo HQ

<sup>3</sup> a Petro C<sup>2</sup>LSW<sup>2</sup>(*subs. erased*)KNBVPZGOHA; *om.* CRXW

<sup>4</sup> ullum CKNBZGOQ; *om.* H

<sup>5</sup> -biliter CKNBZGOQ; -biter H

### 2<sup>1</sup>

#### *Vbi fieri debeat discussio<sup>2</sup>*

Si quis super quibuslibet criminibus clericum pulsandum crediderit, in prouincia in qua consistit ille qui pulsatur suas exerat actiones, nec estimet eum accusator alibi aut

<sup>1</sup> *om.* A

<sup>2</sup> *rubr. in mg.* ZGOHQ

longius pertrahendum ad iudicium. Ille uero<sup>3</sup> qui<sup>4</sup> pulsatus fuerit si iudices suspectos habuerit liceat appellare primates. Primates quoque accusatum discutientes episcopum non ante sententiam proferant dampnationis quam apostolica freti<sup>5</sup> auctoritate aut reum se ipse confiteatur aut per innocentes et canonicè examinatos regulariter testes conuincatur.

*JK +142; H 198.9-16, M 191; ID 6.329b (to iudicium), 6.330 (Ille uero-primates), cf 5.267 from BD 1.157; cf C 2 q 1 c 5a from Primates accusatum*

<sup>3</sup> uero CSKNBVGHOHQ; om. ZJ

<sup>4</sup> qui uero *marked for reversal* G

<sup>5</sup> freti CRKNVPZOH; fieri B

### 3<sup>1</sup>

#### *Retractandam iniustam episcoporum dampnationem<sup>2</sup>*

Irritam esse iniustam episcoporum dampnationem<sup>3</sup> idcirco a synodo retractandam ita ut oppressis ab omnibus in cunctis subueniatur causis.

*JK +142; H 198.16-18, M 191; C 3 q 6 c 11, cf C 2 q 1 c 5b*

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> *rubr. in mg. with no break* ZGOHQ

<sup>3</sup> et *add. in mg.* K

### 4<sup>1</sup>

#### *Idem in secundo decretali episcopis Gallie. Quando adeundi sint<sup>2</sup> primates<sup>3</sup>*

Si quis episcopus ab illis accusatoribus qui recipiendi sunt fuerit accusatus, postquam ipse ab eis<sup>4</sup> caritatiue conuentus fuerit ut ipsam causam emendare debeat, et eam corrigere noluerit, non olim sed tunc ad summos primates causa eius<sup>5</sup> canonicè deferatur, qui in congruo loco infra ipsam prouinciam tempore congruo, id est autumnali, aut estiuo. concilium regulariter conuocare debebunt, ita ut ab omnibus eiusdem prouincie episcopis inibi audiatur. Quo<sup>6</sup> et ipse regulariter conuocatus, si eum aut infirmitas aut alia grauis necessitas non<sup>7</sup> detinuerit, adesse debet, quia ultra prouincie terminos accusandi ante licentia non est quam [16rb] audientia rogetur<sup>8</sup>. Nam si suis fuerit, aut ecclesie rebus sibi commisse<sup>9</sup> exspoliatus aut, quod absit, quod alienum ab omnibus<sup>10</sup> esse debet fidelibus a sede propria eiectus, aut in detentione aliqua a suis ouibus fuerit<sup>11</sup> sequestratus, tunc canonicè ante in pristino statu restituatur<sup>12</sup> cum omni priuilegio sui honoris et sua omnia que insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerunt<sup>13</sup> legibus redintegrentur, nec conuocari nec iudicari poterit nisi ipse pro sua necessitate, minime tamen<sup>14</sup> iudicandus<sup>15</sup>, aduenire sponte elegerit.

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> Quando adeundi sint CRXWBV; Quando sint adeundi NDQ; Quod non sint adeundi K; Quando adeundi sunt PH; Quando sunt adeundi ZJO

<sup>3</sup> Idem – primates CKNB; Ep. Gallie idem (om. HQ) in sec. decr. (Quando - primates *in mg.*) ZGOHQ

<sup>4</sup> ab eis *ss* O

<sup>5</sup> causa eius CRKNVPZOH; eius causa B

<sup>6</sup> *corr. fr.* Quod Z

<sup>7</sup> *ss* C

<sup>8</sup> *corr. to* derogetur K; *in mg.* B<sup>2</sup>

<sup>9</sup> sibi comm. CKZBVOH; comm. sibi ND

<sup>10</sup> al. ab omnibus CKDZBOH; ab omnibus al. N

<sup>11</sup> ouibus fuerit CKNBZGHQ; fuerit ouibus O

<sup>12</sup> *corr. fr.* -antur B

<sup>13</sup> -erunt CNDBZOH; -erant K

<sup>14</sup> *corr. fr.* tanquam O

<sup>15</sup> -andus CKNBJGOHQ; -andum Z

Nullatenus ergo a quoquam cogatur, antequam integerrime omnia que<sup>16</sup> per suggestiones inimicorum suorum amiserat potestati eius ab honorabili consilio legali ordine redintegrentur<sup>17</sup>. Presul uero cum omni honore statui pristino reddatur.  
*JK +143; H 201.3-20, M 193-4; ID 5.292a (to aud. rogetur, then quite distinct following BD 1.174-5), 5.248a (Si suis fuerit-end); IP 4.44 (Si suis fuerit - redintegrentur), 4.48a (Presul uero - end); cf C 3 q 2 c 8, which differs at beginning and continues with c 5 below*

<sup>16</sup> que CKNBZGHQ; qui O

<sup>17</sup> HQ *begin a new canon, with rubric: Quantum spatii dari debeat restituto, cf c 5*

5<sup>1</sup>*Quantum spacii dari debeat<sup>2</sup> restituto<sup>3</sup>*

Et<sup>4</sup> ipse dispositis ordinatisque libere ac secure diu suis tunc regulariter infra quatuor uel<sup>5</sup> quinque aut septem<sup>6</sup> menses iuxta quod possibilitas ei fuerit et non ante conuocatus ad tempus<sup>7</sup> concilio in legitimo et canonico conueniat<sup>8</sup> ad causam et si<sup>9</sup> ita iuste uidetur<sup>10</sup>, et accusantium propositionibus respondeat.

*JK +143; H 201.20-24, M 194; ID 5.248b; IP 4.48b; C 3 q 2 c 8b*

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> dari deb. CRSBVZOH; deb. dari KNDP

<sup>3</sup> *rubr. in mg. with no break ZGO; above in c 4 HQ*

<sup>4</sup> Et LRXSWKNBVPZOH; Vt C

<sup>5</sup> uel CRXSWBVPZOH; aut KND

<sup>6</sup> aut septem CLSWBVPZOH<sup>6</sup>; aut sex RXQ; uel sex KND

<sup>7</sup> in *add. O*

<sup>8</sup> conueniat CLRXKNBVP; ueniat SZGOHQ

<sup>9</sup> om. Q

<sup>10</sup> uidetur CKNBZJGHQ; uideatur O

6<sup>1</sup>*De examinatione accusantium<sup>2</sup>*

Quod si ex<sup>3</sup> utraque parte ad causam dicendam uenerint, quia unus absque altero audiri non debet<sup>4</sup> querendum est in iudicio<sup>5</sup> cuius sint conuersionis, et fidei atque suspicionis accusatores, aut qua intentione hoc faciant quia ad hoc non debent admitti<sup>6</sup> nisi bone conuersionis et recte fidei iuri. Hii<sup>7</sup> uidelicet qui omni suspitione careant, et bone uite clareant, neque infames existant. <sup>8</sup>Quod si accusatorum persone in iudicio episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur nisi proprias causas asserere, non tamen criminales<sup>9</sup> uel ecclesiasticas uoluerint.

*JK +143; H 202.6-13, M 194; ID 5.248c, 6.418 from Si accusatorum; below 3.10.49 as ID 6.418; IP 4.57 to neque infames existant; cf +C 2 q 7 c 18*

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> De - acc. (accusatorum Q) CXKBPHQ (HQ *adding Item as first word of text*); Item (De - accusantium (accusatorum ZO) in mg.) ZGO

<sup>3</sup> ss K

<sup>4</sup> debet LRXSWKNBVPZOH; debeat C

<sup>5</sup> in iudicio LRXSWKNBVPZOH; om. C

<sup>6</sup> non debent admitti CLRXSKNBV; admitti non debent ZGOH

<sup>7</sup> Hii CRKNBOHQ; Ii Z

<sup>8</sup> V *begins c 7 (with its rubric) here*

<sup>9</sup> *either side of an erasure H*

7<sup>1</sup>*Quod infames non sunt repellendi a propriis causis<sup>2</sup>*

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> *rubr. in mg., with no break ZGOHQ; above in c 6 V*

Infamis enim<sup>3</sup> persona nec procurator potest esse nec cognitor. Absente [16va] uero aduersario non audiatur accusator. nec sententia absente parte alia a iudice dicta ullam obtinebit firmitatem. Neque absens per alium accusare aut accusari potest. nec affinis testis admittatur. Neminem ergo exhiberi de prouincia ad prouinciam uel ad comitatum oportet, nisi ad relationem iudicis ad quem fuerit appellatum. id est ut auctor semper rei forum sequatur. Si quis autem iudicem aduersum sibi senserit, uocem appellationis exhibeat, quam nulli oportet negari. Peregrina uero<sup>4</sup> iudicia generali sanctione prohibemus, quia indignum est ut ab externis iudicetur, qui comprouinciales et a se electos debet habere iudices.<sup>5</sup>

*JK +143; H 202.13-22, M 194-5; ID 5.248d, 6.331*

<sup>3</sup> *corr. fr.* esse O

<sup>4</sup> uero CNDBZGOH; ergo K

<sup>5</sup> Explicit *add.* LRXS

## A 1. XXV EVTICIANVS

### 1<sup>1</sup>

#### *De uinculo inscriptionis*<sup>2</sup>

Euticianus<sup>3</sup> episcopis per Siciliam. Accusationis ordinem talem et didicimus et seruari precipimus<sup>4</sup>. id est si quis clericorum in crimine impetitur non statim reus estimetur qui accusari potuit, ne subiectam<sup>5</sup> innocentiam faciamus. Sed quisquis<sup>6</sup> ille est<sup>7</sup> qui crimen intendit, in iudicium ueniat, nomen rei indicet, uinculum inscriptionis arripiat, custodiat, similitudinem habita tamen dignitatis estimatione potiat. Nec<sup>8</sup> fore sibi nouerit licentiam mentiendi, cum calumpniantes<sup>9</sup> ad uindictam poscat similitudo supplicii. Heretici enim omnes<sup>10</sup> et suspecti et excommunicati, homicide quoque atque malefici, fures, sacrilegi, raptores, uenefici, adulteri et qui raptum fecerint, uel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilogos<sup>11</sup> magosque concurrerint<sup>12</sup> nullatenus ad accusationem sunt admittendi. Nulli infami unquam atque sacrilego de quocumque negocio liceat aduersus<sup>13</sup> religiosum Christianum quamuis humilis seruilisque<sup>14</sup> persona sit, testimonium dicere nec de qualibet ratione uel inscriptione Christianum impetere.<sup>15</sup>

*JK +146; H 211.23-212.3, M 204-5; ID 6.332 to supplicii, 6.333 (Heretici to end); IP 4.92 (Nulli unquam infami - end); C 3 q 4 c 11 as IP*

<sup>1</sup> *om.* A. Numbered as Felix vii M

<sup>2</sup> *rubr. in mg.* ZGO

<sup>3</sup> papa (*om.* CW) xxvi a Petro *add.* CLR<sup>2</sup>SW, *om.* RXKNDBVPZGOH\*

<sup>4</sup> precipimus CRXSKNBV; iubemus ZOH\*; G\*\*

<sup>5</sup> subiectam (*susspectam ss* K) CKNDBZGH; subiecta O

<sup>6</sup> quisquis CNDBZOH; si quis K

<sup>7</sup> quisquis *add. and canc.* N

<sup>8</sup> Nec CKNBZGH; Ne O

<sup>9</sup> *corr. fr.* calumpniatores O

<sup>10</sup> omnes enim *marked for reversal* H

<sup>11</sup> -logos RKNBVPZOHQ; -legos CLSW

<sup>12</sup> -r- *ss* C; *corr. fr.* corruerunt *to* concurrerunt S

<sup>13</sup> -sus CNDBZOH; -sum K

<sup>14</sup> humilis seruilisque CKDBZOH; humilisque et seruilis N

<sup>15</sup> Explicit *add.* LRXS

## A 1. XXVI GAIVS

1<sup>1</sup>

*Felici episcopo. Infamem esse qui non probauerit<sup>2</sup> illata<sup>3</sup> [16vb]*

Huic Gaius a Petro succedens .xxvii<sup>4</sup>. loco ait in decretali suo. Si quis episcopus, presbiter aut dyaconus uel quilibet clerici apud episcopos quia alibi non oportet a qualibet persona que rite accipienda<sup>5</sup> est fuerint accusati<sup>6</sup>, quicumque fuerit siue ille<sup>7</sup> sublimis uir honoris, siue ullius alterius<sup>8</sup> dignitatis, qui hoc genus<sup>9</sup> illaudabilis intentionis arripuerit, nouerit probationis documenta se debere inferre<sup>10</sup>. Si quis ergo circa huiusmodi personas non probanda detulerit, auctoritate huius sanctionis intelligat se iacturam infamie sustinere.

*JK +157; H 214.28-34, M 207-8; Br fo. 69; C 2 q 7 c 50 to inferre only, and var.*

<sup>1</sup> *om. A*

<sup>2</sup> -erit LXWKNBVPZOH; -erint C; ? R

<sup>3</sup> *rubr. in mg. ZO*

<sup>4</sup> xxvii CRXSKND; xxv BPZGOHQ<sup>2</sup>; xxvi VQ

<sup>5</sup> accip- CRXSKNBVPQ<sup>2</sup>; recip- ZGOHQ

<sup>6</sup> uel *add. and canc. Z*

<sup>7</sup> uir *add. O*

<sup>8</sup> ull. alt. CRSBPZOH; alt. ull. KND

<sup>9</sup> -nus *ss K*

<sup>10</sup> inferre CKNBZGH; afferre O

2<sup>1</sup>

*Quo ordine accedendum sit ad ordines<sup>2</sup>*

Illud tamen nos statuentes uobis et omnibus seruare<sup>3</sup> mandamus ut ad ordines ecclesiasticos sic accedant in ecclesia qui ordinari merentur, id est si quis episcopus esse meretur sit primo ostiarius, deinde lector, preterea exorcista, inde sacretur acolitus, demum uero subdiaconus, deinde dyaconus et postea presbiter et<sup>4</sup> exinde si meretur episcopus ordinetur.

*JK +157; H 218.24-29, M 212; Br fo. 69; +D 77 c 1*

<sup>1</sup> *om. A*

<sup>2</sup> Quo ordine (modo M) - ordines CXKNMBP; Item ibi. Quo - ordines (Quo - ordines *in mg. ZGO*) ZGOHQ

<sup>3</sup> seruare CKNBZOO; conseruare H

<sup>4</sup> et CKNBZJGO; *om. HQ*

## <sup>1</sup>A 1. XXVII [GRISOGONVS]

1<sup>2</sup>

Grisogoni<sup>3</sup> pape decreta qui xxviii<sup>4</sup> a Petro apostolo sortitus est cathedram nusquam repperi, nisi quod ad quamdam uirginem exhortatorias ad sufferendum martyrium scripsit litteras. Verum cur hoc acciderit, utrum scilicet<sup>5</sup> cita morte preuentus sit, uel aliud quid ei contigerit non satis elucet<sup>6</sup>.

*Br fo. 69r*

<sup>1</sup> *No break here in L*

<sup>2</sup> *om. A*

<sup>3</sup> Gris- CRBPZGOH; Cris- LWKN

<sup>4</sup> xxvii V

<sup>5</sup> scilicet CRXNBVZGOH; s. D; sic D<sup>2</sup>; sane K

<sup>6</sup> *corr. fr. elicet H*

## A 1. XXVIII MARCELLINVS

- i. Quod episcopi pontifici a quo<sup>2</sup> consecrati sunt nullum possunt inferre  
preiudicium et quod clericus a laico non sit accusandus
- ii. Quod nulla potestas aliquid agere debeat contra auctoritatem diuinam

<sup>1</sup> capitulatio om. ZGOHQ; in CLRXSWKNDBVP

<sup>2</sup> a quo ss V

1<sup>1</sup>

*Orientalibus episcopis. Quod episcopi pontifici a quo consecrati sunt nullum possunt  
inferre preiudicium et quod clericus a laico non sit accusandus<sup>2</sup>*

Marcellinus papa xxviii<sup>3</sup> a Petro in secundo decretali suo. Quecumque contentiones inter Christianos orte fuerint, ad ecclesiam deferantur et ab ecclesiasticis [17ra] uiris terminentur. Maior autem non potest a minore iudicari. Nec episcopi pontifici a quo consecrati probantur<sup>4</sup> preiudicium inferre ullum possunt. Quod si presumptum fuisse cognoscitur, uiribus carere non dubium est. Nec posse inter ecclesiastica ullo modo statuta censerī, quod liceat laico<sup>5</sup> clericum accusare. Clericus uero cuiuslibet<sup>6</sup> absque pontificis sui permissu nullum presumat ad seculare iudicium attrahere, nec laico quemlibet clericum liceat accusare.

*JK +159; H 221.21-27, M 215-6; ID 3.205 ( first sentence only, then variant, following BD 3.139); +C 11 q 1 c 7 (Palea, as BD), C 11 q 1 c 3 ( Clericus cuiuslibet - end )*

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> Quod - accusandus CRXKNBVP; om. ZGOHQ

<sup>3</sup> xxviii CL?RXSKND; xxvi BPZOHQ; xxviii V

<sup>4</sup> cons. prob. CKDBZOH; consecrantur N

<sup>5</sup> quemlibet add. H; quemquam add. Q, om. CKNBZGO

<sup>6</sup> cuiuslibet CLRXBVP; quislibet KND; cuiuslibet ordinis SZGOH

2<sup>1</sup>

*Quod nulla potestas aliquid agere debeat contra auctoritatem diuinam<sup>2</sup>*

Omne quod irreprehensibile est catholica defendit ecclesia. Non liceat<sup>3</sup> ergo imperatori uel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra mandata diuina presumere nec<sup>4</sup> quicquam quod euangelicis propheticisque et apostolicis regulis obuiatur<sup>5</sup> agere. Iniustum enim iudicium et definitio iniusta regio metu uel iussu a iudicibus ordinata non ualeat. Nec quicquam<sup>6</sup> quod contra euangelicam uel<sup>7</sup> propheticam uel<sup>8</sup> apostolicam doctrinam constitutionem eorum siue<sup>9</sup> sanctorum patrum actum fuerit, stabit et quod ab<sup>10</sup> infidelibus uel<sup>11</sup> hereticis factum fuerit omnino cassabitur.

*JK +159; H 222.41 - 223.6, M 218; ID 16.9 from Non licet, inscr. var. as BD 15.8; +C 25 q 1 c 8 lacks Non liceat - obuiat agere*

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> Quod - diuinam CXKNBP; Item alibi. Quod nulla - diuinam (Quod nulla - diuinam in mg. ZGO) ZGOH

<sup>3</sup> liceat CRXSKND; licet LBVPZGOHQ

<sup>4</sup> nec CKNBZGOQ; ne H

<sup>5</sup> obuiatur RXSKNBZGOH; obuiat CLWV

<sup>6</sup> quicquam CRXSKNBV; cuiquam ZGOH

<sup>7</sup> ss C

<sup>8</sup> uel CRKNB; aut ZGOH

<sup>9</sup> ss Z

<sup>10</sup> ab CKDBZOH; om. N

<sup>11</sup> uel RXSKDBV; uel ab N; aut ZGOH; ? C

## A 1. XXIX MARCELLVS

1<sup>1</sup>

*Non esse ratam sententiam<sup>2</sup> prouincialis synodi sine consensu sedis apostolice.  
Maxentio episcopo<sup>3</sup>*

Marcellus papa .xxx<sup>4</sup>. a Petro in secundo decretali suo. Non oportet quemquam iudicari uel dampnari priusquam legitimos habeat<sup>5</sup> presentes<sup>6</sup> accusatores. locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. ITEM IBI<sup>7</sup>. Synodum episcoporum absque huius sancte sedis auctoritate quamquam quosdam episcopos<sup>8</sup> possitis congregare non potestis regulariter facere, neque ullum<sup>9</sup> episcopum qui hanc appellauerit sedem apostolicam dampnare antequam hinc<sup>10</sup> sententia finitiua procedat<sup>11</sup>. Nam si seculares in publicis iudiciis libellis utuntur appellatoriis, quantomagis sacerdotibus<sup>12</sup> hec eadem agere licet qui super illos sunt. De quibus [17rb] dictum est, Ego dixi, dii estis, et filii excelsi omnes. Et ideo nullus episcopus nisi in legitima<sup>13</sup> synodo suo tempore apostolica aut regulari auctoritate conuocata<sup>14</sup> super quibuslibet pulsatus criminibus audiatur, uel iudicetur, ne innocens dampnetur aut perdat communionem. Quod laici aut suspecti episcopos non debent accusare neque accusatoribus de inimici domo prodeuntibus credendum sit<sup>15</sup>, et a beato Clemente ipsis eum instruentibus apostolis legimus<sup>16</sup> definitum et nos eadem firmamus.<sup>17</sup>

*JK + 161; H 227.27-29, Synodum - 228.5-16, M 222-3; ID 4.240 Synodum - perd. comm.; C 3 q 9 c 5 (to abluenda crimina only), D 17 c 1 and Palea (Synodum episcoporum - Dii estis), of which all from neque ullum episcopum was a later addn*

<sup>1</sup> *om. A; W numbers as iii*

<sup>2</sup> *corr. fr. sentiam X*

<sup>3</sup> *Non - apostolice. Maxentio episcopo CLRXSKBV; om. N; Non - apost. P; Masentio. Non esse - sedis apost. (apost. sedis H) (Non esse - apost. in mg. ZGO) ZGOHQ*

<sup>4</sup> *xxx CSWKND; xxxviii RXV; xxvii LBPZGOHQ*

<sup>5</sup> *corr. fr. -eant O*

<sup>6</sup> *leg. hab. pres. CKDBZOH; pres. hab. leg. N*

<sup>7</sup> *Item ibi as rubric in ZGOQ; ibi ss H*

<sup>8</sup> *quosd. ep. CKDBZOH; ep. quosd. N*

<sup>9</sup> *ullum CKNBZH; illum GO*

<sup>10</sup> *hinc LSKDZ<sup>2</sup>GOHQ; huic RXNBVP; hanc Z; ? C*

<sup>11</sup> *corr. fr. -edit H*

<sup>12</sup> *ss O*

<sup>13</sup> *corr. fr. -imo O*

<sup>14</sup> *-ata CKNBQ; -ato ZGOH*

<sup>15</sup> *cred. sit CXSBVPZOH; sit cred. KND*

<sup>16</sup> *le without lacuna or erasure O*

<sup>17</sup> *Explicit add. LRX*

## A 1. XXX EVSEBIVS

- i. Quorum conuersatio diuersa est non debent se inuicem accusare
- ii. Non posse conuocari spoliatum donec omnia sint ei redintegrata
- iii. Qui sint infames
- iiii. De solempnitate inuentionis<sup>2</sup> sancte crucis<sup>3</sup>

<sup>1</sup> *capitulatio om. ZGOHA; in CLRXSKNDMBVP*

<sup>2</sup> *-ionis CLSMNBVP; -ione RKD*

<sup>3</sup> *inu. s. crucis om. X*

1<sup>1</sup>

*Ad episcopos Gallicanos*<sup>2</sup>. *Quorum conuersatio diuersa est non debent se inuicem accusare*<sup>3</sup>

fieri sacerdotem? Sed obicitur quod<sup>15</sup> in baptismo totum quicquid in uetere homine gestum est sit absolutum<sup>16</sup>. Dicite michi, cum<sup>17</sup> pace uestra loquor, crimina tantum<sup>18</sup> in baptismo dimittuntur, an et illa que secundum Domini precepta ac Dei instituta complentur? Vxorrem ducere crimen est aut crimen<sup>19</sup> non est. Si crimen est ergo prefata uenia dixerim erit auctor<sup>20</sup> in culpa qui ut<sup>21</sup> crimina committerentur in paradyso cum<sup>22</sup> ipse eos iungeret<sup>23</sup>, benedixit. Si uero non est crimen, quia quod Deus coniunxit nefas sit crimen appellari, et Salomon addidit, Et enim a Deo preparatur<sup>24</sup> uiro uxor, quomodo creditur inter crimina esse dimissum quod Deo auctore legitur<sup>25</sup> consummatum? Et quod<sup>26</sup> de talium filiis percensetur? et numquid<sup>27</sup> non erunt admittendi in hereditatis consortio<sup>28</sup> qui ex ea suscepti sunt que ante baptismum fuerit uxor, eruntque appellandi uel naturales uel spurii, quia non est legitimum matrimonium nisi illud ut nobis uidetur quod post<sup>29</sup> baptismum assumitur. Ipse Dominus cum interrogaretur a Iudeis si liceret dimittere uxorem. atque exponeret fieri non debere addidit, Quod uero<sup>30</sup> Deus coniunxit, homo non separet. [23ra] Ac ne de<sup>31</sup> his<sup>32</sup> loquutus esse credatur qui<sup>33</sup> post baptismum sortiuntur, meminerint<sup>34</sup> hoc et<sup>35</sup> a Iudeis esse interrogatum, et<sup>36</sup> Iudeis esse responsum.<sup>37</sup> Quero et sollicitus quero si una eademque sit uxor eius qui ante cathecuminus postea fit fidelis<sup>38</sup>, filiosque ex ea cum esset cathecuminus genuerit, aut<sup>39</sup> postea alios cum esset<sup>40</sup> fidelis utrum sint fratres appellandi. an non habeant postea defuncto patre cum ceteris<sup>41</sup> heriscunde<sup>42</sup> hereditatis consortium quibus nomen filiorum generatio spiritualis creditur abstulisse? Quod cum ita sentire atque iudicare absurdum est<sup>43</sup>, que malum ratio est hoc<sup>44</sup>

<sup>15</sup> ob. quod CLSWNDMBVZJOGHQ; quod ob. K

<sup>16</sup> absol- CLRXSWKNDMBVP; sol- ZJOGHQ(-tu- ss)

<sup>17</sup> in *add.* KNDM, *om.* CLRXS WBVPZJOGHQ

<sup>18</sup> ss L

<sup>19</sup> crimen CLSWKNDMBVPJOGHQ; *om.* Z

<sup>20</sup> auctor CLRXSWKNDMBPZJOGHQ; ductor C<sup>2</sup>

<sup>21</sup> aut G

<sup>22</sup> primos homines *add.* M<sup>2</sup>

<sup>23</sup> eos iung.] Dominus ungeret M

<sup>24</sup> preparatur CLSWKNBVPZOGHQ; paratur DM

<sup>25</sup> Deo auct. leg. CLRWBVZJOGHQ; a Deo auct. [*erasure ? follows*] leg. P; auct. leg. Deo K; auct. Deo leg.

NDM

<sup>26</sup> *lacuna follows* J

<sup>27</sup> *corr. fr.* non quod J

<sup>28</sup> -r- ss H

<sup>29</sup> ss X<sup>2</sup>

<sup>30</sup> uero CLSWNBVPZJOGHQ; *om.* DMK

<sup>31</sup> de CLSWKNDMBVPZJOGQ; *om.* H

<sup>32</sup> *corr. fr.* de his ne M<sup>2</sup>

<sup>33</sup> quae LJG

<sup>34</sup> -erint CLSWKNDMBVPZOJG; -erit HQ

<sup>35</sup> et CLSWKNBVPZJOGHQ; *om.* DM

<sup>36</sup> a *add. and canc.* Z

<sup>37</sup> filiorum alii naturales tantum, alii naturales et legitimi, alii qui neque naturales neque legitimi dicuntur, sed spurii, asperanden Greco, id est uulgo concepti, sed naturales sunt qui concubina, legitimi et naturales qui ex iusto matrimonio nati sunt et uocantur ingenui. Sunt et alii qui neque spurii neque naturales dicuntur sed tantum legitimi, ut sunt adoptiui. *add. in mid-text* P

<sup>38</sup> fid. fit *marked for reversal* O; sit filios B; sit fidelis V

<sup>39</sup> genuerit aut (at S) CLXSWKNDMBVP; aut ZJGHQ; suscepit (*later canc.*) ac O

<sup>40</sup> esset CLRXSWKNDMBVP; *om.* ZJOGHQ

<sup>41</sup> id est secundis *add. ss.* P

<sup>42</sup> heriscunde LRXS<sup>2</sup>WDMBVZ<sup>2</sup>OJ<sup>2</sup>G; heriscunde CK; heriscunde (id est diuidende ss) P; heriscunde Z;

heriscunde J; heriscunde HQ; ? S

<sup>43</sup> *corr. from* sit O

defendi<sup>45</sup>, et uacua magis opinione iactari quam aliqua auctoritate roborari, cum non possit inter peccata deputari quod<sup>46</sup> precepit,<sup>47</sup> quod Deus<sup>48</sup> coniunxit<sup>49</sup>. Nunquid<sup>50</sup> si quis cathecuminus uirtutibus studuerit humilitatem sequutus fuerit, patientiam tenuerit, elemosynas fecerit, morti destinatos qualibet ratione eripuerit<sup>51</sup>, adulteria exhorruerit, castitatem tenuerit<sup>52</sup>, quero cum<sup>53</sup> factus fuerit fidelis<sup>54</sup> amittit, quia per baptismum totum quod uetus homo gesserat<sup>55</sup> putatur auferri? Aspiciamus gentilem hominem Cornelium orationibus atque elemosinis placuisse et per<sup>56</sup> reuelationem Petrum ipsum<sup>57</sup> uidisse. Numquid per baptismum hec illi ablata sunt. propter que baptisma ei<sup>58</sup> concessum esse uidetur? Si ita creditur, mihi credite non modicum erratur, quia quidquid bene gestum fuerit et secundum legalia precepta custoditum non potest facientibus deperire. Nuptiarum ergo<sup>59</sup> copula quia Dei<sup>60</sup> mandato perficitur non potest<sup>61</sup> dici peccatum et quod peccatum non est, solui inter peccata omnino credi non debet. eritque integrum estimare aboleri<sup>62</sup> non posse prioris nomen uxoris cum non dimissum sit peccato quod ex Dei sit uoluntate<sup>63</sup> completum<sup>64</sup>.  
*JK 303; H 549b - 550a (c 2 complete), M 716-7; ID 1.292 (var. as BD 4.98), 8.303b (Begins Eos qui uiduas); IP 6.95 (Numquid non erunt - esse responsum), 6.96 (Et sollicitus - et Deus coniunxit); D 26 c 3, cf C 28 q 1 c 1 (Numquid non erunt - et Deus coniunxit)*

<sup>44</sup> est que malum ratio est hoc LRXSWVP; que malum ratio hec DM; est que malum ratio hoc K; est que malum hoc ratio N; est quod malum ratio hoc est B; que malum ratio est hoc ZJGQ; que ratio est hoc malum *marked for reversal* O; ? CH

<sup>45</sup> *corr. to* defendit K, *from* defendendi S

<sup>46</sup> qui W; *lex add. and canc.* O

<sup>47</sup> *corr. fr.* -ipit J; *et add. and canc.* O

<sup>48</sup> *ss* Z

<sup>49</sup> coniunxit CLSWKNDMBVPZJGHQ; iunxit O

<sup>50</sup> quid *ss* V

<sup>51</sup> *et add.* HQ, *om.* CLSWKNDMBVPZJOG

<sup>52</sup> tenuerit CLRSWKNDMZJOGHQ; renuerit BVP

<sup>53</sup> cum CLSWMKNBVPZJOGHQ; eum D

<sup>54</sup> *ss* R<sup>2</sup>

<sup>55</sup> -erat CLRXSWKNDMBVP; -erit ZJOGHQ

<sup>56</sup> plac. et per *in mg.* J

<sup>57</sup> Petrum ipsum CLSWDMKBVPZJOGQH; ipsum Petrum N

<sup>58</sup> bapt. ei CLRXWKNDMBVP; ei bapt. SZJGQ; illi bapt. OH

<sup>59</sup> *ss* D

<sup>60</sup> Dei CL(mand. Dei)SWNDMBVPZJOHQ; Domini K

<sup>61</sup> facientibus deperire - potest *om.* G

<sup>62</sup> abol. est. *marked for reversal* D

<sup>63</sup> sit uol. CLRXSWBVPZJOG; uol. sit KNDMHQ

<sup>64</sup> completum CLSWDMKBVPZJOGHQ; concessum N

## 16<sup>1</sup>

*Vt quicumque tales fuerint ordinati<sup>2</sup> cum ordinatoribus suis deponantur. cap. iii<sup>3</sup>*  
 Innocentius uniuersis episcopis in Tholosana synodo constitutis. Si quis aduersus [23rb] formas canonum<sup>4</sup> ad<sup>5</sup> ecclesiasticum ordinem uel ad ipsum sacerdotium uenire temptauerit, una cum ordinatoribus suis<sup>6</sup> ipso in quo inuenti fuerint ordine et honore priuentur. Et quamuis dilectioni uestre fratres karissimi<sup>7</sup> regule Nicene sint<sup>8</sup> cognite.

<sup>1</sup> *om.* A

<sup>2</sup> fuer. ord. CLRSWKNDMBVP; ord. fuer. ZJOGHQ

<sup>3</sup> cap. iii *before* Vt DM

<sup>4</sup> formas can. (*corr. fr.* conum P) CLSWKNDMBVPZJOG; can. formas HQ

<sup>5</sup> *ss* D

<sup>6</sup> *ss* C

<sup>7</sup> -imi CLSWM(*superscr.*)KNBVZPJOGHQ; -ime D

secundum quas ordines faciendos esse per sententiam decernimus. tamen aliquam partem que de ordinationibus est prouisa inserendam putauit, ut secundum eam<sup>9</sup> ordinationes in posterum celebrandas esse sciamus, ne cui interpretandi aliter liberum arbitrium relinquatur, ac primum que sunt prohibita<sup>10</sup> digerantur.

*JK 292; H 552b.2 - 18 (c 3 with the rubric attached to c 2), M 721 c 3 with rubric as here; ID 6.62*

<sup>8</sup> sint CLRSWBVPZJOGHQ; sunt KNNDM

<sup>9</sup> corr. from eas O

<sup>10</sup> sunt prohibita CLSWNDMBVPZJOGHQ; sibi prohibita (sunt ss) K

## 17<sup>1</sup>

<sup>2</sup>*De commemoratione Niceni concilii in qua<sup>3</sup> supradicta prohibentur cap. iiii<sup>4</sup>*

Prohibendum est de<sup>5</sup> curialibus aliquem ad ecclesiasticum ordinem uenire posse qui post baptismum<sup>6</sup> coronati fuerint, uel sacerdotium quod dicitur sustinuerint, et editiones<sup>7</sup> publicas celebrauerint. Nam et hoc de curialibus est cauendum<sup>8</sup>. ne idem qui ex curialibus fuerint aliquando a suis curiis quod frequenter uidemus accidere reposcantur, que omnia rationabiliter prohibita<sup>9</sup> oportet modis omnibus custodiri.

*JK 292; H 552b.23-32 (c 4 pt), M 721; ID 6.63*

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> Prohibendum est *add. and canc.* G

<sup>3</sup> qua CLRXWBVPZJOGHQ; quo SKNDM

<sup>4</sup> cap. iiii *before* De D

<sup>5</sup> de *repeated* O

<sup>6</sup> uel *add.* ZJOGHQ<sup>\*</sup>, *om.* CLRXSWKNDMBVP

<sup>7</sup> edit- LWKNDMBVP<sup>2</sup>ZJOGHQ<sup>\*</sup>; sedit- CRXS; dedit- P

<sup>8</sup> agendum *add.* O

<sup>9</sup> -bi- ss D

## 18<sup>1</sup>

*Victricio<sup>2</sup> Rothomagensi episcopo. Non esse ordinandum episcopum sine conscientia metropolitani*

Primum ut extra conscientiam metropolitani episcopi nullus audeat ordinare episcopum. Integrum est enim iudicium quod plurimorum sententiis confirmatur. Nec unus episcopus presumat ordinare<sup>3</sup> episcopum ne<sup>4</sup> furtiuum beneficium prestitum uideatur. Hoc enim et synodus Nicena constituit atque definiuit.

*JK 286; H 529b51-8 (c 1), M 699; ID 5.113; D 64 c 5 (var. and part inserted later)*

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> Victricio CLRXSWKNBVP; Victorico DM; Innocentius Victricio ZJOGH; Inn. Victorico Q

<sup>3</sup> pres. ord. ep. CLRXSWKNDMBVP; ord. pres. ep. ZJOG<sup>2</sup>HQ; ord. ep. pres. G

<sup>4</sup> *ss above erasure* W

## 19<sup>1</sup>

*Idem<sup>2</sup>. Ne<sup>3</sup> penitentes fiant clerici<sup>4</sup>*

Si quis post remissionem peccatorum cingulum militie secularis habuerit, ad clericatum admitti omnino<sup>5</sup> non debet.

*JK 286; H 529b.59-61 (c 2), M 699; D 50 c 61*

<sup>1</sup> om. A; *after* c 20 HQ

<sup>2</sup> Idem CRXSWDMKBVPZJOGH; Item LN

<sup>3</sup> *ss* Z

<sup>4</sup> fiant cler. CLRSWDMKBVPZJOGHQ; cler. fiant N

<sup>5</sup> adm. omn. CLSWKNDMBVPZJOGQ; omn. *add.* H

20<sup>1</sup>*Idem. De contentionibus<sup>2</sup> clericorum et laicorum<sup>3</sup>*

Si que cause uel contentiones inter clericos et laicos tam superioris ordinis quam etiam<sup>4</sup> inferioris fuerint exorte, placuit ut secundum synodum Nicenam congregatis<sup>5</sup> omnibus eiusdem prouincie episcopis iudicium terminetur. Nec alicui liceat sine preiudicio<sup>6</sup> [23va] tamen Romane ecclesie cui in omnibus causis debet reuerentia custodiri, relictis his<sup>7</sup> sacerdotibus qui in eadem prouincia Dei ecclesias nutu diuino gubernant ad alias conuolare prouincias, aut<sup>8</sup> aliarum<sup>9</sup> prius prouinciarum episcoporum iudicium expetere uel pati. Quod si quis forte<sup>10</sup> presumpserit et ab officio cleri submotus et iniuriarum<sup>11</sup> reus ab omnibus iudicetur. Si autem maiores cause in medio fuerint deuolute. ad<sup>12</sup> sedem apostolicam<sup>13</sup> sicut synodus<sup>14</sup> statuit<sup>15</sup> et beata consuetudo exigit, post iudicium episcopale referantur<sup>16</sup>.

*JK 286; H 529b.62 -530a.7 (c 3 pt) to conuolare prouincias, 530a.7-13 (c 3 end) from Quod si quis -, M 699*

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> contempcionibus L; -ten- ss J

<sup>3</sup> cler. et (ac V) laic. CLXSWKBVPZJOGHQ; laic. et cler. NDM

<sup>4</sup> etiam CRXSWKNBVPZJOGHQ; om. LDM

<sup>5</sup> corr. fr. -ato D

<sup>6</sup> corr. fr. -ium Z

<sup>7</sup> his CLRSWKNDMBVPOGHQ; iis ZJ

<sup>8</sup> aut CLRXMKNBVPZOGH; ut S

<sup>9</sup> aliarum CLRSWKNDMVPZJOGHQ; aliorum B

<sup>10</sup> in mg. D

<sup>11</sup> in- ss D; iuriarum G

<sup>12</sup> ss O

<sup>13</sup> sed. ap. CLSWKNDMBVPZJGHQ; ap. sed. O

<sup>14</sup> om. W

<sup>15</sup> statuit CLSWNDMBVPZJOGHQ; constituit K

<sup>16</sup> -antur CLSWKNDMBVZJGHQ; -ant P; -amus O

## 21

*Idem de castitate<sup>1</sup> sacerdotum et leuitarum*

Preterea quod dignum et pudicum et honestum est tenere ecclesia omnimodo<sup>2</sup> debet, ut sacerdotes et leuite cum uxoribus suis non misceantur, quia ministerii<sup>3</sup> cotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est enim, Sancti estote, quoniam et ego<sup>4</sup> sanctus sum<sup>5</sup> Dominus Deus uester. Nam priscis temporibus de templo Dei sacerdotes anno<sup>6</sup> uicis sue non discedebant, sicut de Zacharia legimus, nec domum suam omnino<sup>7</sup> tangebant. Quibus utique propter sobolis successionem uxoris usus<sup>8</sup> fuerat relaxatus. quia ex alia tribu et preter<sup>9</sup> ex semine Aaron ad sacerdocium nullus fuerat preceptus<sup>10</sup> accedere, quantomagis hii<sup>11</sup> sacerdotes uel leuite pudicitiam ex die ordinationis sue<sup>12</sup>

<sup>1</sup> castate A

<sup>2</sup> corr. fr. omnium V; om. G

<sup>3</sup> ministerii CLSWKNDMBVPZJOGHQ; misterii A

<sup>4</sup> et ego CLRXS<sup>2</sup>WD<sup>2</sup>MKNBVPZJ<sup>2</sup>OGHQ; ego SDJ; om. A

<sup>5</sup> om. G

<sup>6</sup> ss C?

<sup>7</sup> corr. fr. omnia L

<sup>8</sup> ux. usus CLSWDMKBVPZJOGHQA; usus ux. N

<sup>9</sup> et preter CRXKNBZOHA; et propter L; nisi R<sup>2</sup>S

<sup>10</sup> ss Z

<sup>11</sup> hii CLRXSWKNDBVPH; hii uel M; ii ZJOQA

<sup>12</sup> ord. (after corr. P) sue CLRXSKNDMVPZJOGHA; ord. WV<sup>2</sup>; sue ord. B

seruare debent, quibus uel sacerdocium uel ministerium sine successione est<sup>13</sup>, nec preterit dies qua uel<sup>14</sup> a sacrificiis diuinis<sup>15</sup> aut a<sup>16</sup> baptismatis officio uacent?  
*JK 286; H 530b.1-19, M 700; ID 6.94, 6.194 to Deus uester, as BD 2.118; D 31 c 4 var.*

<sup>13</sup> *corr. fr.* cessatione to subcessatione est H

<sup>14</sup> uel CLSWKNDMBVPZJOGHQ; *om.* A

<sup>15</sup> *in mg.* V<sup>1</sup>

<sup>16</sup> a CLXSWKNBVPZJOG; ab A; *om.* DMHQ

## 22

### *Idem. De curialibus non clericandis*<sup>1</sup>

Preterea frequenter<sup>2</sup> quidam ex fratribus nostris curiales uel quibuslibet publicis<sup>3</sup> functionibus occupatos<sup>4</sup> clericos facere contendunt. pro quibus postea maior est<sup>5</sup> tristitia, cum de<sup>6</sup> reuocandis eis aliquid ab imperatore precipitur quam gratia nascitur<sup>7</sup> de ascito. Constat enim eos in ipsis muniis<sup>8</sup> etiam uoluptates exhibere, quas a dyabolo<sup>9</sup> inuentas<sup>10</sup> esse non dubium est, et ludorum aut<sup>11</sup> munerum<sup>12</sup> apparatus aut preesse aut forsitan interesse. Sit certe in exemplum sollicitudo [23vb] et tristitia fratrum quam sepe pertulimus imperatore presente<sup>13</sup> cum<sup>14</sup> pro his sepius rogaremus<sup>15</sup>, quam ipse nobiscum positus<sup>16</sup> cognouisti<sup>17</sup>. Quibus non solum inferiores clerici<sup>18</sup> ex curialibus. uerum etiam iam<sup>19</sup> in sacerdocio constituti<sup>20</sup> ingens molestia ut<sup>21</sup> redderentur<sup>22</sup> instabat.

*JK 286; H 530b.58 -531a.8 (c 11), M 701; ID 6.349; +D 51 c 3*

<sup>1</sup> -andis CLSWKNDMBVPZJOGHQ; -adis G; -andum A

<sup>2</sup> frequenter CLSKNDMBVPZJOGHA; *om.* Q

<sup>3</sup> publicis CLSWKNDMBVPZJOGHQ; *om.* A

<sup>4</sup> occupatos CLSWKNDMBVPZJOGHQ; occupationibus A

<sup>5</sup> *ss* JD

<sup>6</sup> de CLSWKNBVPZJOGHQA; *om.* DM

<sup>7</sup> -itur LRSWKNBVPZJOGHQA; -etur C; -atur DM

<sup>8</sup> muniis CLRSWKNDMZJGHQA; munus XBVP; minus X<sup>2</sup>

<sup>9</sup> -lo *ss* D

<sup>10</sup> -tum G

<sup>11</sup> aut CLSWKNDMBVPZJOGHQ; ac A

<sup>12</sup> munerum RXWKBPZJOGQA; mimerum CVH; aut (*cancelled*) L; numerum S; mimorum NDM

<sup>13</sup> imp. pres. CLSWKNDMBVPZJOGHQ; pres. imp. A

<sup>14</sup> eum G

<sup>15</sup> -re- *ss* H

<sup>16</sup> nob. pos. CLRXSWBVPZJOGHA; pos. nob. KNDM

<sup>17</sup> agnou- S

<sup>18</sup> inf. cler. CLSWKNDMBVPZJOGHQ; cler. inf. A

<sup>19</sup> *subsc.* D

<sup>20</sup> *corr. fr.* -tui D

<sup>21</sup> *corr. fr.* aut Z

<sup>22</sup> -entur CLSWKNDMBVPZJOGH; -etur QA

## 23<sup>1</sup>

### *Idem Exuperio Tholosano*<sup>2</sup> *inter cetera. De his*<sup>3</sup> *qui tormenta exercuerunt*

Quesitum etiam est<sup>4</sup> super his<sup>5</sup> qui post baptismum administrauerint<sup>6</sup>, et aut tormenta sola<sup>7</sup> exercuerunt<sup>8</sup>, aut etiam capitalem protulere sententiam. Nichil de his legimus a

<sup>1</sup> *om.* A

<sup>2</sup> -h- *ss* D

<sup>3</sup> his CLSWKNDMBVPGHQ; iis ZJO

<sup>4</sup> etiam est] est etiam M

<sup>5</sup> his CLRSWKNDMBVPOGHQ; iis ZJ

<sup>6</sup> -erint CLRXSKNDBVP; -erunt WZJOGHQ

<sup>7</sup> omnia *add. ss* R<sup>2</sup>S (*S omitting* sola)

<sup>8</sup> exercuerunt CLRXSWKNDBPZJOGQ; exercuerint SMV; excreuerunt H

maioribus definitum. Meminerant<sup>9</sup> enim a Deo potestates has fuisse concessas et propter uindictam noxiorum gladium fuisse permissum. et Dei ministrum<sup>10</sup> esse datum in huiusmodi uindicem. Quomodo igitur<sup>11</sup> reprehenderent factum quod auctore Domino<sup>12</sup> uiderent esse concessum? De his ergo ut<sup>13</sup> hactenus seruatum est sic<sup>14</sup> habeamus<sup>15</sup>, ne aut disciplinam auertere aut contra auctoritatem Domini uenire uideamur. Ipsis autem in ratione<sup>16</sup> reddenda gesta sua omnia seruabuntur.

JK 293; H 532a.55 – b.3 (c 3), M 704; ID 6.349A (cf BD 6.44), 10.94 (with added sentence); +C 23 q 4 c 45 (as ID 6.349A)

<sup>9</sup> corr. fr. memorant D

<sup>10</sup> ministrum CLRXSZJOHQ; ministerium WKNDMBVP

<sup>11</sup> igitur CLRXWKNVPZJOGHQ; ergo SDMB

<sup>12</sup> Domino CLSWNDMBVPZOGHQ; Deo K

<sup>13</sup> ut CLRSWKNVPZJOGHQ; sicut DM

<sup>14</sup> om. G

<sup>15</sup> -bea- ss L

<sup>16</sup> ratione CLSWKNDMBVPZJGHQ; oratione O

## 24<sup>1</sup>

### *Idem. Parem<sup>2</sup> esse penam adulterii in uiro et uxore*

Et illud desideratum est sciri. cur communicantes uiri cum adulteris uxoribus non conueniant, cum e contra uxores<sup>3</sup> in consortio adulterorum uirorum manere uideantur? Super hoc<sup>4</sup> Christiana religio adulterium<sup>5</sup> in utroque sexu pari ratione condempnat, sed uiros suos mulieres non facile<sup>6</sup> de adulterio<sup>7</sup> accusant, et non habent latentia peccata uindictam, uiri autem liberius uxores adulteras apud sacerdotes deferre consueuerunt<sup>8</sup>, et ideo mulieribus<sup>9</sup> prodito earum crimine communio denegatur, uirorum autem latente commisso non facile quisquam ex suspitionibus abstinetur. Qui utique submouebitur<sup>10</sup> si eius flagitium detegatur. Cum<sup>11</sup> enim<sup>12</sup> par causa sit, interdum probatione cessante uindictae ratio conquiescit.

JK 293; H 532b.4-21 (c 4), M 704; ID 8.214 (insc. var. as BD 9.77 but c. 24 as here); +C 32 q 5 c 23 (from Christiana religio)

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> Parem CLSWKNDMBVPZJOG(Esse parem)Q; om. H

<sup>3</sup> om. G

<sup>4</sup> hoc CLRSWKNBVP?ZJOGHQ; hec DM

<sup>5</sup> -i- ss H

<sup>6</sup> non. fac. ss S

<sup>7</sup> -ero J

<sup>8</sup> consueuerunt CLSQ; consuerunt RXKNDMBVZJOGH; composuerunt P

<sup>9</sup> corr. fr. -ieres J

<sup>10</sup> corr. fr. sim- D

<sup>11</sup> Cur Q

<sup>12</sup> enim CLSWKNDMBVP; ergo ZJOGHQ

## 25<sup>1</sup>

### *Idem Felici episcopo Nucetano. Non repellendos omnes laicos a clericatu [24ra]*

De laicis uero religio tua consuluit quos canones ordinari prohibent. Certum est quidem hoc<sup>2</sup> ecclesiasticas regulas<sup>3</sup> continere<sup>4</sup>, sed non ita definitum est ut de<sup>5</sup> omnibus sit laicis<sup>6</sup> constitutum. Neque enim clerici nasci et non fieri possunt. Sed

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> quidem hoc CLRSWKNDVPZJOGHQ; enim quidem hoc M; hoc quidem B

<sup>3</sup> eccl. reg. CLSWKNDMBVPG; reg. eccl. ZJOG<sup>2</sup>HQ

<sup>4</sup> corr. fr. tenere D

<sup>5</sup> ss D

<sup>6</sup> sit laicis CLRXWKNDMBPZJOG; laicis sit SVHQ

designata sunt genera de quibus ad clericatum peruenire non<sup>7</sup> possunt. Id est<sup>8</sup> si quis fidelis militauerit<sup>9</sup>, si quis fidelis causas egerit. hoc est postulauerit<sup>10</sup>, si quis fidelis administrauerit. De curialibus autem manifesta<sup>11</sup> ratio est<sup>12</sup>, quoniam et si<sup>13</sup> inueniantur huiusmodi uiri qui debeant clerici<sup>14</sup> fieri, tamen quoniam sepius ad curiam repetuntur. cauendum ab<sup>15</sup> his est propter tribulationem que sepe de his ecclesie prouenit<sup>16</sup>. Laici uero qui habentes uxores baptizati sunt ac sic<sup>17</sup> se instituerunt<sup>18</sup>, ut opinio eorum in nullo uacillet, ut aut clericis iuncti sint, aut monasteriis ex quo baptizati sunt heserint<sup>19</sup>, si non concubinam, non pelicem norint, si in omnibus operibus uigilauerint. non prohibentur huiusmodi ad clericatus sortem assumi, ita sane ut in eis tempora a maioribus constituta seruentur, ne cito quilibet lector, cito accolitus, cito dyaconus, cito sacerdos fiat.

*JK 314; H 533b.10-37, M 706 cc 3-5 pt; ID 6.95; IP 3.45 from Laici uero qui; D 51 c 2 (Designata - prouenit)*

<sup>7</sup> ss K

<sup>8</sup> Id est] Idem P

<sup>9</sup> fid. mil. CLSWKNDMBVPZJOGQ; mil. fid. H

<sup>10</sup> si quis fidelis – post. *in mg.* X<sup>2</sup>

<sup>11</sup> manifestata S

<sup>12</sup> ratio est CLSWKNDMBVPZJOGQ; est ratio MH

<sup>13</sup> si CLSWKNDMBVPZJGHQ; sic O

<sup>14</sup> deb. cler. CLSMWNDBVPZJOGHQ; cler. deb. K

<sup>15</sup> ab CLRSWKNBVPZJOGH; de DMQ

<sup>16</sup> prou- CLRSMKNBVPZJOGHQ; peru- DP

<sup>17</sup> sic CLRXWMK<sup>2</sup>BVPZJOGHQ; si SKNDG

<sup>18</sup> *corr. from* constit- O

<sup>19</sup> heserint J

## 26

*Item<sup>1</sup> Maximo et Seuero<sup>2</sup> episcopis. De presbiteris filios generantibus<sup>3</sup> cp. xi<sup>4</sup>*  
<sup>5</sup>Qui zelo fidei<sup>6</sup> ac discipline ductus<sup>7</sup> non patitur ecclesiam pollui ab indignis presbiteris quos in presbiterio filios asserit<sup>8</sup> procreasse<sup>9</sup>. Quod non liceret<sup>10</sup> exponerem<sup>11</sup> nisi<sup>12</sup> nossem uestram prudentiam legis totius habere noticiam. Et ideo fratres carissimi, libelli qui subiectus<sup>13</sup> est tenore perspecto<sup>14</sup>. Eos qui talia perpetrasse dicuntur<sup>15</sup> iubebitis<sup>16</sup> in medio collocari discussisque obiectionibus<sup>17</sup> que ipsis

<sup>1</sup> Item CRXSK; Idem LWNDMPBVZOGHQA

<sup>2</sup> -ue- ss D; *corr. fr.* Seuerino Q

<sup>3</sup> De presbiteris filios generantibus LWKNDMBVPZOGHQA; Quod hii qui in presbiterio filios genuerint (generauerint C) remoueri ab officio debeant CRXS

<sup>4</sup> cp. xi CRXSKNDM (DM *after* episcopis); *om.* LWBVPZOGHQA

<sup>5</sup> Qui – est tenore perspecto CLRXSWKNDM; *om.* BVPZOGHQA

<sup>6</sup> fidei CLRXSKNDM; Dei W

<sup>7</sup> est *add.* LR<sup>2</sup>SW, *om.* CRXKNDM

<sup>8</sup> asserit C; a se LXS; asse RW; asseritur KNDM

<sup>9</sup> procreasse CRXKNDM; procrearunt R<sup>2</sup>SW; procreauerunt L

<sup>10</sup> liceret CLRXSW; licere D (*followed by short lacuna*) MKN

<sup>11</sup> exponerem CRMKN; exponere LSW

<sup>12</sup> quia *add. and canc.* D

<sup>13</sup> qui subiectus CRXSKNDM; quibus iniectus L; quibus subiectus (*corr. to* lectus) W

<sup>14</sup> tenore perspecto CRKND; tenor profectus L; tenore profecto S; tenore prospecto S<sup>2</sup>W

<sup>15</sup> Eos qui talia (*om.* LW) perp. dicuntur CLRXWKND; Eos (Hos G) presbiteros (sacerdotes Q) qui in presbiterio filios (*om.* O) procrearunt (-int BZ) BVPZJOGHQA (*cf ID*)

<sup>16</sup> iubebitis CLD<sup>2</sup>KNBV<sup>2</sup>ZJOH; uidebitis RXSWMP; debitis D; iubetis VQA

<sup>17</sup> obiect- CLSMKNBVPZJOGHQA; abiect- W

presbiteris impinguntur. si conuinci potuerint<sup>18</sup>, a sacerdotali remouentur officio, quia qui sancti non sunt. sancta tractare non possunt<sup>19</sup>, atque alieni efficiantur a ministerio quod uiuendo illicite polluerunt. Miramur autem hec eorum dissimulare episcopos ut aut cohibere aut nescire esse illicita iudicentur.

*JK 315; H 544a.58 - b.15, M 707; ID 6.96 has pt 2 from Eos, as BVPZJOGHQA; cf D 81 c 6, with more at beginning*

<sup>18</sup> conuinci potuerint CRXKNDM; conuicti fuerint LSWBVPZJOGHQA

<sup>19</sup> quia qui - possunt *in text and also as (cancelled) rubric here R*

## 27<sup>1</sup>

*Idem Rufo et Eusebio Macedonibus episcopis<sup>2</sup>. Cur re[24rb]cepti sint Bonosiani<sup>3</sup> et Cathari et Nouatiani<sup>4</sup>*

Sacerdotum summa deliberatio hec fuit, ut quos Bonosius ordinauerat ne cum eodem remanerent. ac fieret non<sup>5</sup> mediocre scandalum ordinati reciperentur. Vicimus<sup>6</sup>, ut opinor, ambigua. Iam ergo quod pro remedio ac necessitate temporis statutum est. constat primitus non fuisse. Ac fuisse regulas ueteres, quas ab apostolis aut<sup>7</sup> apostolicis<sup>8</sup> traditas<sup>9</sup> ecclesia<sup>10</sup> Romana custodit, custodiendasque mandat his<sup>11</sup> qui eam audire consueuerunt. Sed necessitas temporis id fieri magnopere postulabat. Ergo quod necessitas<sup>12</sup> pro remedio repperit, cessante necessitate debet utique cessare pariter<sup>13</sup> quod urgebat, quia alius est ordo legitimus, alia usurpatio quam ad presens fieri tempus impellit. Sed canones apud Niceam constituti de Nouatianis<sup>14</sup> fieri permiserunt. Prius ille canon a patribus institutus ponendus<sup>15</sup> est<sup>16</sup>, ut possimus aduertere uel<sup>17</sup> quid<sup>18</sup> uel qualiter<sup>19</sup> ab eisdem sensum sit uel preceptum<sup>20</sup>. De his<sup>21</sup> inquit qui nominant se ipsos Catharos, id est mundos<sup>22</sup>, et aliquando ueniunt ad catholicam ecclesiam, placuit sancte et magne<sup>23</sup> synodo ut accepta manus impositione sic maneant in clero. Possumus uero dicere de solis hoc<sup>24</sup> Nouatianis<sup>25</sup> esse preceptum nec ad<sup>26</sup> aliarum<sup>27</sup> heresium<sup>28</sup> clericos pertinere. Nam si utique de omnibus ita

<sup>1</sup> *om. A*

<sup>2</sup> *Mac. epp. in mg. M*

<sup>3</sup> Bonosiani CLRXSKNDMBVP<sup>2</sup>; Bonosani W; Bonosianis ZJO<sup>2</sup>GHQ; Bosonianis O

<sup>4</sup> et Cathari (-aris ZJOGHQ) et Nouatiani (-anis ZJOGHQ) CLRXSDBVPZOGHQ; *om. KN*

<sup>5</sup> *ss Q*

<sup>6</sup> Vicimus CLRSWKNDMPZJOGHQ; Vicinius B

<sup>7</sup> *ab add. S(ss)VP*

<sup>8</sup> uiris *add. DM, om. CLRSWKNBVPZJOGHQ*

<sup>9</sup> traditatas D; traditas *with lacuna M*

<sup>10</sup> *corr. fr. -sie D*

<sup>11</sup> his CLXSWKNDMBVPGH; iis ZJOQ

<sup>12</sup> temporis *add. O*

<sup>13</sup> pariter CLSWDMKBVPZJOGH; *om. NQ*

<sup>14</sup> -ianis CLRSKNDMVZJOH; -ionis XWBV<sup>2</sup>PGQ

<sup>15</sup> *corr. fr. pondus P*

<sup>16</sup> est CLSWKNBVPZJOGHQ; *om. DM*

<sup>17</sup> *erasure follows in J*

<sup>18</sup> uel quid CLRSWBVPZJOGHQ; quod KNDM

<sup>19</sup> caliter H

<sup>20</sup> sit uel preceptum CLRSWKNDMVPZJOGHQ; uel preceptum sit B

<sup>21</sup> his CLSWKNDMBVPOGHQ; iis ZJO<sup>2</sup>

<sup>22</sup> *corr. fr. inmundos D*

<sup>23</sup> sancte et magne CLSWKNDMBVPZJGHQ; magne et sancte O

<sup>24</sup> *ss D; before de solis V*

<sup>25</sup> -ionis P

<sup>26</sup> *ad repeated O*

definirent, addidissent<sup>29</sup>, a Nouatianis<sup>30</sup> aliisque hereticis reuertentes debere in suum ordinem recipi. Quod ita non esse, etiam illud maxime quod de Paulianistis dictum est poterit confirmare, a quibus uenientes etiam baptizari precipimus<sup>31</sup>. Nunquidnam cum de Paulianistis iubent<sup>32</sup> omnes qui ab hereticis reuertuntur erunt hoc exemplo baptizandi? Quod cum nullus audeat facere, de ipsis tantum esse preceptum ratio ipsa demonstrat.<sup>33</sup>

*JK 303; H 550b.46 - 551a.18 (c 5 pt), M 718; Prol. 128-9 to maneat in clero; ID 6.350 (insc. distinct)*

<sup>27</sup> aliarium J

<sup>28</sup> -sium R<sup>2</sup>SWD<sup>2</sup>KNBZJOGH; -sum CL<sup>2</sup>; -si R; -sim XW<sup>2</sup>; -siarum DV

<sup>29</sup> -di- ss C

<sup>30</sup> -ianis CLR<sup>2</sup>XSWKNDMVZJOGH; -ionis RBPQ

<sup>31</sup> -imus CRXSKNDM; -iuntur LWBVPZJOGHQ

<sup>32</sup> iubent CLXSWNBVPZOHQ; iuberent RDM; iuberet K

<sup>33</sup> Explicit *add.* S

## A 1. XXXIX ZOSIMVS<sup>1</sup>

- <sup>2</sup>i. Quod monachi uel laici nisi per gradus ecclesiasticos non debeant ad summum sacerdotium peruenire
- ii. Quod nec Romana sedes contra statuta patrum quicquam potest

<sup>1</sup> Cap. Zosimi pape S

<sup>2</sup> *capitulatio om.* ZOHQA; *in* CLRXSWKNDVBVP

### 1<sup>1</sup>

*Quod monachi uel laici nisi per gradus ecclesiasticos non debeant ad summum sacerdotium peruenire cap. i<sup>2</sup> [24va]*

Zosimus episcopus urbis Rome Hesitio episcopo Salonitano. Hoc autem specialiter<sup>3</sup> et sub predecessoribus nostris et nuper a nobis interdictum constat litteris ad Gallias Hispaniasque transmissis in quibus regionibus familiarius est ista presumptio. quamuis nec Affrica super hoc admonitione nostra habeatur aliena, ne quis penitus contra patrum precepta qui ecclesiasticis disciplinis<sup>4</sup> per ordinem non fuisset imbutus et temporum approbatione diuinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum ecclesie sacerdotium aspirare presumeret, et non solum in eo ambitio inefficax haberetur, uerum etiam ut ordinatores eius carerent eo ordine quem contra precepta patrum crediderant presumendum.

*JK 339; H 553a.21-36 (c 1), M 743; ID 5.102; D 36 c 2 from qui ecclesiasticis*

<sup>1</sup> *om.* A

<sup>2</sup> *cap. i here* CLRSWPOQ; *before* Quod KV; *in mg.*H; *om.* XNBZ

<sup>3</sup> *specialiter* CWNBPZOHQ; *spiritualiter* K

<sup>4</sup> *in mg.* M

### 2<sup>1</sup>

*Idem episcopis Narbonensis ecclesie. Quod nec Romana sedes contra statuta patrum quicquam potest<sup>2</sup>*

<sup>1</sup> *om.* A

<sup>2</sup> *Idem - potest* CRXKNBVP; Zosimus papa episcopis Narbonensis (-iensis Q) ecclesie ZOHQ

Contra statuta patrum concedere aliquid uel mutare ne huius quidem sedis potest auctoritas<sup>3</sup>. Apud nos enim<sup>4</sup> inconuulsis<sup>5</sup> radicibus uiuit antiquitas, cui decreta patrum sanxere reuerentiam.

*JK 334; CB Varia IB 11 as Hilary; ID 4.226; +C 25 q 1 c 7*

---

<sup>3</sup> auct. pot. marked for reversal O

<sup>4</sup> nos enim CNBPZOH; enim nos K

<sup>5</sup> inconu- CKNBPOH; conu- Z

## A 1. XL BONEFACIUS<sup>1</sup>

### 1<sup>2</sup>

*Epistola Bonefacii pape ad episcopos Gallie. De Maximo episcopo diuersis<sup>3</sup> criminibus accusato<sup>4</sup> cap. i*

Bonefacius episcopus ad Gallos. Decreuimus uestram debere intra<sup>5</sup> prouinciam esse iudicium, et congregare<sup>6</sup> synodum ante diem Kalendarum Nouembrium ut si adesse uoluerit presens si confidit ad obiecta respondeat. Si uero adesse neglexerit dilationem sententie de absentia non lucretur. Nam manifestum est confiteri eum de crimine<sup>7</sup> qui indulto et totiens delegato iudicio purgandi se occasione non utitur.<sup>8</sup>

*JK 349; H 555 b.36-45, M 747; ID 5.271 (complete letter as BD 1.161), 6.338 (as here); IP 4.105 as ID 5.271; C 3 q 9 c 10 originally as here; more added later*

---

<sup>1</sup> Bonefacius LRXWD(*corr. to* Boni-)MKNV<sup>2</sup>; *om.* CSBVP

<sup>2</sup> *om.* A

<sup>3</sup> di- ss O

<sup>4</sup> De - accusato *om.* N

<sup>5</sup> intra CKNBZHQ; inter O

<sup>6</sup> *corr. fr.* -ate H

<sup>7</sup> de crim. *in mg.* M

<sup>8</sup> Explicit *add.* S

## A 1. XLI CELESTINVS<sup>1</sup>

2. i. Quod nulli sit ultima penitentia deneganda
- ii. Quod nolentibus clericis uel populis nemo debeat episcopus ordinari
- iii. Quod quisque sacerdos canones non debeat ignorare
- iiii. Quod docendus sit populus non sequendus
- v. Quod per gradus ecclesiasticos ad episcopatus debeat officium perueniri
- vi. Non esse ordinandos incestuosos

---

<sup>1</sup> Capitula Celestini pape S

<sup>2</sup> *capitulatio om.* ZOHQA; *in* CLRXSWKNDMBVP

### 1

*Quod nulli sit ultima penitentia deneganda cap. ii<sup>1</sup> [24vb]*

Celestinus uniuersis episcopis per Viennensem et Narbonensem prouinciam constitutis. Agnouimus penitentiam morientibus denegari, nec illorum desideriiis annui, qui obitus sui tempore hoc<sup>2</sup> anime sue cupiunt remedio<sup>3</sup> subueniri. Horremus

---

<sup>1</sup> cap. ii *om.* DZ; c. *only* P; *in mg.* H

<sup>2</sup> hoc CNDZOHA; hac K

tamen in hoc tante impietatis aliquem repperiri ut de Dei pietate desperet. quasi non possit ad se quouis tempore concurrenti succurrere et periclitantem sub<sup>4</sup> onere peccatorum hominem perdere quo se uelle<sup>5</sup> expediri desiderat et liberari. Quid ergo hoc aliud est quam morienti mortem addere, eiusque animam sua crudelitate<sup>6</sup> ne absolui possit occidere. ITEM. Salutem homini adimit, quisquis mortis tempore penitentiam<sup>7</sup> denegauerit, et desperauit<sup>8</sup> de clementia Dei. qui eum ad subueniendum morienti sufficere uel momento posse non credit<sup>9</sup>. Perdidisset latro in cruce premium ad Christi dexteram pendens, si illum unius hore<sup>10</sup> penitentia non iuuisset. Cum esset in pena penituit et per unius sermonis promissionem habitaculum paradysi Deo promittente promeruit. Vera<sup>11</sup> ergo ad Deum conuersio in ultimis positorum mente potius est estimanda<sup>12</sup> quam tempore, propheta hoc taliter asserente, Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Cum ergo Dominus sit cordis inspector quouis tempore non est deneganda<sup>13</sup> penitentia postulanti, cum illi se obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari.

*JK 369; H 560a.4-15, Item - end, 21-38, M 755-6; ID 15.26 (Verum ergo - end, as BD 18.1), 15.44 to promeruit as BD 18.22; C 26 q 6 c 13 ( in the fuller, later form)*

<sup>3</sup> sue cup. rem. LSWBVPZOHA; sue remedio cupiunt C<sup>2</sup>R<sup>2</sup>D<sup>2</sup>; remedio sue cupiunt C; sue cupiunt RXKND

<sup>4</sup> sub CLSW<sup>2</sup>B; om. RXWKNDMVPZOHA

<sup>5</sup> uelle RXSWKNMBVPZHA; ille CL(?after corr.); uellet R<sup>2</sup>O

<sup>6</sup> -ate CKNBZOHQ; -atem A

<sup>7</sup> -tiam CKNBZHA; -tia O

<sup>8</sup> -auit CKNBZOH; -auerit QA

<sup>9</sup> credidit CRXSKNBVP; credit ZOHQA

<sup>10</sup> ss O

<sup>11</sup> corr. fr. Veni RK

<sup>12</sup> est estimanda CKNBZOHQ; estimanda est A

<sup>13</sup> deneg- LRXSWKNBVPZOHA; neg- C

## 2

*Quod nolentibus clericis uel populis nemo debeat episcopus ordinari cap. v<sup>1</sup>*

Nullus inuitis detur episcopus. Cleri, plebis et ordinis consensus et desiderium requiratur. Tunc alter de altera eligatur ecclesia<sup>2</sup>, si de ciuitatis<sup>3</sup> ipsius clero cui est episcopus ordinandus<sup>4</sup> nullus<sup>5</sup> dignus quod euenire non credimus poterit<sup>6</sup> repperiri. Primum enim illi reprobandi sunt ut aliqui<sup>7</sup> de alienis ecclesiis merito<sup>8</sup> preferantur. Habeat unusquisque sue fructum<sup>9</sup> militie in ecclesia in qua suam per omnia officia [25ra] transegit etatem<sup>10</sup>, in aliena stipendia minime alter<sup>11</sup> obrepat, nec alii debitam alter sibi audeat uendicare<sup>12</sup> mercedem. Sit facultas clericis renitendi<sup>13</sup> si se uiderint

<sup>1</sup> cap. v CLRXSWKNDVPZOQ (DV before Quod); om. BHA

<sup>2</sup> elig. eccl. CNDBZOHA; eccl. elig. K

<sup>3</sup> ciciuitatis H

<sup>4</sup> ep. ord. CKNBZOHQ; ord. ep. A

<sup>5</sup> sibi add. KND, om. CRSWBVPZOHA

<sup>6</sup> -erit CXKNBVP; -uerit ZOHA

<sup>7</sup> corr. from aliquis O

<sup>8</sup> eccl. mer. CRBPZOHA; mer. eccl. KND

<sup>9</sup> fructum LRXWKNBPZOHA; ? inserted in mg. C

<sup>10</sup> after corr. H

<sup>11</sup> minime alter CKNBPZOHQ; alter minime A

<sup>12</sup> uendic- CRXKNBP; uindic- ZOHQ; mendic- A

<sup>13</sup> renitendi CSK<sup>2</sup>D<sup>2</sup>ZOHA; remittendis corr. to renit- L; remittendi RXWKNDVB?P

pregrauari, et quos sibi ingeri ex transuerso nouerint non timeant<sup>14</sup> refutare. qui si non debitum premium uel liberum de eo<sup>15</sup> qui eos<sup>16</sup> rector est debent habere iudicium<sup>17</sup>.  
JK 369; H 560b.38-55 (c 5), M 757; ID 5.61; IP 3.7; D 61 c 13

<sup>14</sup> non timeant CKBPZOHA; om. N

<sup>15</sup> de eo CKNBVPH<sup>s</sup>; Deo ZOA; om. Q

<sup>16</sup> ss O

<sup>17</sup> corr. from iudicem O

### 3

*Item cuius supra ad episcopos per Apuliam<sup>1</sup> et Calabriam cp. i<sup>2</sup>. Quod quisque sacerdos canones non debeat<sup>3</sup> ignorare<sup>4</sup>*

Celestinus uniuersis episcopis per Apuliam et Calabriam constitutis. Nulli sacerdoti liceat canones ignorare. nec quicquam facere quod patrum possit regulis obuiare. Que enim a nobis res digna reseruabitur<sup>5</sup>, si<sup>6</sup> decretalium norma constitutorum pro aliorum libitu licentia populis permissa<sup>7</sup> frangatur.

JK 371; H 561a.28-35 (c 1), M 758; ID 6.251 as BD 3.137; D 38 c 4 as here, earlier form shorter

<sup>1</sup> corr. from Palliam O

<sup>2</sup> cp. i CRXSDBPZO; after ignorare KN; cap. ii Q; om. VA

<sup>3</sup> corr. fr. debet K

<sup>4</sup> Quod - ignorare CRXKNBVP; om. ZOHA(with lacuna)

<sup>5</sup> reseruabitur CKNBPZO; seruabitur Q; obseruabitur A

<sup>6</sup> erasure follows P; patrum add. and canc. A

<sup>7</sup> -issa CKNBZOHQ; -issas A

### 4<sup>1</sup>

*Quod docendus sit populus non sequendus cap. iiii<sup>2</sup>*

Docendus est populus, non sequendus, nosque<sup>3</sup> si nesciunt eos quid liceat quidue<sup>4</sup> non liceat commonere, non his consensum prebere debemus. Quisquis uero conatus fuerit temptare prohibita, sciat<sup>5</sup> censuram sedis apostolice<sup>6</sup> minime defuturam.

JK 371; H 561b.26-31(c 3 pt), M 758; ID 16.14 as BD 15.13; +D 62 c 2 has more

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> iiii CLRXSDBPZO; iiii D(before Quod)KN; om. Q

<sup>3</sup> nosque CKNBVPZO; nos quoque HQ

<sup>4</sup> quidue CKNBZHQ; quid O

<sup>5</sup> sciat CRXKNBVP; sentiat ZOHQ

<sup>6</sup> -ice CRKNVPZO; -icam B

### 5<sup>1</sup>

*Quod per gradus ecclesiasticos ad episcopatus<sup>2</sup> debeat officium<sup>3</sup> perueniri. Ex decretis<sup>4</sup> Celestini pape Galliarum<sup>5</sup> episcopis missis<sup>6</sup>*

Ordinatos uero quosdam fratres karissimi episcopos qui nullis ecclesiasticis ordinibus ad tante dignitatis fastigium fuerint instituti contra patrum decreta huius usurpatione qui se hec recognoscit fecisse didicimus, cum ad episcopatum his

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> -atos W

<sup>3</sup> ss C

<sup>4</sup> corr. fr. clericis L; cleretis W

<sup>5</sup> -arum CLRSKNPZO; -iorum BV<sup>2</sup>; -icorum V

<sup>6</sup> Quod - perueniri. Ex - missis LRXSDBPZO; Quod - perueniri as rubric, Ex - missis in text C; Ex - missis.

Quod - perueniri KND

gradibus quibus frequentissime cautum est debeat perueniri, ut minoribus iniciati officii ad maiora firmentur. Debet enim ante esse discipulus<sup>7</sup> quisquis doctor esse desiderat, ut possit docere quod didicit. Omnis uite institutio. hac ad id quod tendit se ratione confirmat. Qui minime litteris operam dederit, preceptor esse non potest litterarum. Qui non per singula stipendia creuerit, ad meritum stipendii ordinem non potest peruenire<sup>8</sup>. Solum sacerdo [25rb] cium inter ista rogo uilius est, quod facilius tribuitur, cum difficilius impleatur?

*JK 369; H 560a. 39-57, M 756; ID 5.72a; +D 59 c 4*

<sup>7</sup> *corr. fr.* -ulis Z

<sup>8</sup> *in mg.* H<sup>2</sup>

## 6<sup>1</sup>

*Idem uniuersis<sup>2</sup> episcopis per Viennensem et Narbonensem prouinciam. Non esse ordinandos incestuosos*

Tantis<sup>3</sup> Danihel grauatus testimoniis, tanta facinorum accusatione pulsatus, sacrarum ut dicitur uirginum pollutus incesto episcopus asseritur ordinatus. et ut in nostri<sup>4</sup> libellis scrinii<sup>5</sup> continetur quorum ad uos quoque exemplaria direximus in pontificii dignitatem hoc tempore quo ad causam dicendam<sup>6</sup> missis a nobis litteris uocabatur obrepsit. Sacro nomini absit iniuria. Facilius est ut hanc dignitatem tali dando amiserit ordinator quam eam obtineat ordinatus. Cui conuicto<sup>7</sup> sociabitur qui eum sibi<sup>8</sup> credit<sup>9</sup> largiendo pontificium sociandum. Qualis enim ipse sit, quisquis tales ordinauerit<sup>10</sup> ostendit.<sup>11</sup>

*JK 369; H 560b.4-18, M 756 ; +D 81 c 3*

<sup>1</sup> *om.* A

<sup>2</sup> *Idem uniuersis* CXKNBVP; Celestinus omnibus ZOHQ

<sup>3</sup> *corr. fr.* Santis L

<sup>4</sup> nostri CWD<sup>2</sup>NBPZOH; nostris LK; uestri R<sup>2</sup>XSV; uestris R; rer'i D

<sup>5</sup> lib. scrin. CRSBPZOH; scrin. lib. KND

<sup>6</sup> *om.* O

<sup>7</sup> conuicto RX(*after erasure*)SKNDBVPZH; conuincto C; coniuncto L; cum uicto W; inuicto O

<sup>8</sup> *ss* Z

<sup>9</sup> -idit CKNBPZOQ; -iderit H

<sup>10</sup> -auerit CRKNBVPO; -arit ZHQ

<sup>11</sup> *Explicit add.* S

## A 1. XLII SYXTVS<sup>1</sup>

- <sup>2</sup>i. Qui non sint<sup>3</sup> recipiendi ad accusationem sacerdotum
- ii. De peregrinis iudiciis
- iii. De appellatione
- iiii. De pulsatis

<sup>1</sup> *papa add.* X; Incip' capitula Syxti pape S

<sup>2</sup> *capitulatio om.* ZOHQA; *in* CLRXSWKNDMBVP

<sup>3</sup> sunt X

**1<sup>1</sup>**

*Incipiunt decreta Syxti pape. Qui non sint recipiendi ad accusationem sacerdotum<sup>2</sup>*  
 Syxtus episcopus omnibus orientalibus episcopis. Statuentes decernimus ut hii qui non sunt bone conuersationis et quorum uita est accusabilis, uel quorum fides<sup>3</sup>, uita et libertas nescitur non possint Domini sacerdotes<sup>4</sup> accusare. Nec uiles<sup>5</sup> persone ad accusationem eorum<sup>6</sup> admittantur. Similiter hii qui in aliquibus criminibus irretiti sunt, uel qui sunt suspiciosi uocem aduersus maiores natu non habeant accusandi, quia suspiciosa uox et inimica ueritatem solet opprimere.  
*JK +397; H 563.22-27, M 761*

---

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> Qui non sint (sunt LRX) - sacerdotum CLRXSKNBVP; om. ZOHQ

<sup>3</sup> et *add.* Z, om. CRKNBVOH

<sup>4</sup> Domini sac. LRXSWKNBVZOH; sac. Domini C

<sup>5</sup> uiles CNDBZOH; uilis K

<sup>6</sup> eorum CNDBZOH; episcoporum K

**2<sup>1</sup>***De peregrinis iudiciis<sup>2</sup>*

Peregrina uero iudicia salua in omnibus apostolica auctoritate<sup>3</sup> generali sanctione prohibemus, quia indignum est ut ab externis iudicetur qui prouinciales et a se electos debet habere iudices, nisi fuerit appellatum. Vnde oportet, si aliquis episcoporum super certis accusetur criminibus ut<sup>4</sup> ab omnibus audiatur [25va] qui sunt in prouincia episcopis. Quia non oportet accusatum alibi quam in foro suo audiri.  
*JK +397; H 563.28-32, M 761; ID 5.260 as Fabianus, with BD 1.147; C 3 q 6 c 12 to habere iudices*

---

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> De - iud. CRXWKNBVP; om. with no break ZOHQ

<sup>3</sup> after *corr.* Z

<sup>4</sup> ss K

**3<sup>1</sup>***De appellatione<sup>2</sup>*

neque ullo modo ad opprobrium male uoluntatis trahatur quod conditio necessitatis extorsit. Quia sicuti he mulieres que reuerti ad uiros suos nolunt impie sunt habende, ita ille que in affectum ex Deo initum redeunt. merito sunt laudande.

JK 536; H 621a.50 –b.8 (c 4), M 867; ID 8.192 *insc. slightly var. as* BD 9.57, 8.244d (Si autem - priuentur only); IP 6.88; C 34 q 1/2 c 1d

## 32

*Vt penitentie tempora pro etate et ualitudine temperentur cp. vi<sup>1</sup>*

Tempora penitudinis<sup>2</sup> habita moderatione constituenda tuo<sup>3</sup> [28vb] iudicio prout conuersorum animos prospexeris esse deuotos, pariter<sup>4</sup> etiam habentes etatis senilis<sup>5</sup> intuitum et periculorum quorumque aut egritudinum respicientes necessitates<sup>6</sup>. In quibus si quis ita grauiter urgeatur<sup>7</sup> ut<sup>8</sup> dum adhuc penitet<sup>9</sup> de salute ipsius<sup>10</sup> desperetur oportet ei per sacerdotalem sollicitudinem communionis gratia subueniri.

JK 536; H 621b.28-38 (c 6 pt), M 868; +C 26 q 7 c 2

<sup>1</sup> vi CKNZBOQ; vii H; *om.* DA

<sup>2</sup> plenitudinis L

<sup>3</sup> constituenda tuo CLRXWKNDDBVP; constituenda sunt tuo C<sup>2</sup>SV<sup>2</sup>; tuo constituenda ZOHA

<sup>4</sup> -ri- ss A

<sup>5</sup> se senilis *with a hole in the leaf in mid-word* O

<sup>6</sup> relinquimus *add.* ss K

<sup>7</sup> -eatur CKNBZOHQ; -etur A

<sup>8</sup> ut CKNBZOHQ; *om.* A

<sup>9</sup> ut *add.* A

<sup>10</sup> ipsius CKNBZOHQ; illius A

## 33

*Vt hii qui ab<sup>1</sup> hereticis baptizati sunt, sola Sancti Spiritus<sup>2</sup> inuocatione firmentur c.vii*

Nam hii qui baptismum ab hereticis<sup>3</sup> acceperunt cum baptizati antea<sup>4</sup> non fuissent sola Sancti Spiritus inuocatione per impositionem manus confirmandi sunt, quia formam tantum baptismi sine sanctificationis uirtute sumpserunt. Et hanc regulam ut scitis seruandam in omnibus ecclesiis predicamus, ut lauachrum semel initum<sup>5</sup> nulla iteratione uioletur. dicente apostolo, Vnus Deus, una fides, unum baptisma. Cuius ablutio nulla iteratione temeranda est. sed ut diximus sola sanctificatio Sancti Spiritus inuocanda, ut quod<sup>6</sup> ab hereticis nemo accipit<sup>7</sup>. a catholicis sacerdotibus consequatur.

JK 536; H 621b.39-53 (c 7 pt), M 868; +C 1 q 1 c 51, *here as in later form*

<sup>1</sup> ab CKNBZHA; ad O

<sup>2</sup> Sancti Spiritus CRXKNB; Spiritus Sancti ZOHA

<sup>3</sup> bapt. ab her. CKNBZOHQ; ab her. bapt. A

<sup>4</sup> antea LRXSWNDBVZOHA; ante CP; anima K

<sup>5</sup> initum CNBZOHA; initium *corr. to* initiatum K

<sup>6</sup> quod CKNBZOQA; apud H

<sup>7</sup> -ipit CNBZOHA; - ip' D; -ipiat K

34<sup>1</sup>

*Quod non sit<sup>2</sup> principatus per ambitum aut seditionem occupandus*

Leo episcopus<sup>3</sup> uniuersis episcopis per Affricam constitutis. Necessarium fuit ut dolorem cordis nostri quo pro dominicorum<sup>4</sup> gregum periculis estuamus datis nunc ad uos litteris promeremus. mirantes tantum apud uos per occasionem temporis impacati

<sup>1</sup> *om.* A

<sup>2</sup> sit CKDBZOHQ; *om.* N

<sup>3</sup> episcopus CKNBOHQ; *om.* Z

<sup>4</sup> dominicorum CKDBZOHQ; dominorum N

aut ambientium presumptionem aut tumultum ualuisse popularem, ut indignis quibusque et longe extra sacerdotale meritum constitutis pastorale fastigium et gubernatio ecclesie crederetur. Non est hoc consulere populo sed nocere, nec prestare regimen sed augere discrimen. Integritas enim presidentium salus est subditorum, et ubi est incolumitas obedientie, ibi sana est<sup>5</sup> forma doctrine. Principatus autem quem aut seditio extorsit aut ambitus occupauit<sup>6</sup>, etiam si [29ra] moribus atque actibus non offendit, ipso tamen inicii sui est perniciosus<sup>7</sup> exemplo. Et difficile est ut bono peragantur exitu que malo sunt inchoata principio. Quod si in quibuslibet<sup>8</sup> ecclesie gradibus prouidenter scienterque curandum est, ut in domo Domini nichil sit inordinatum, nichilque preposterum. quantomagis elaborandum est ut in electione<sup>9</sup> eius qui supra<sup>10</sup> omnes gradus constituitur non erretur? Nam totius familie Domini status et ordo nutabit<sup>11</sup> si quod requiritur in corpore non inuenitur in capite. Vbi est illa beati Pauli apostoli per Spiritum Dei<sup>12</sup> emissa preceptio qua in persona Tymothei omnium sacerdotum Christi numerus eruditur et inde unicuique nostrum dicitur, Manus cito nemini imposueris. neque communicates peccatis alienis? Quid est cito manus imponere, nisi ante etatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante<sup>13</sup> experientiam discipline sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis nisi talem effici ordinantem qualis ille est<sup>14</sup> qui non meruit ordinari? Sicut enim<sup>15</sup> boni operis sibi comparat fructum qui rectum tenet in eligendo sacerdote iudicium, ita graui semet ipsum afficit dampno, qui ad sue dignitatis collegium sublimat indignum. Non enim in cuiusquam persona pretermittendum est quod<sup>16</sup> institutis generalibus continetur. Nec putandus est honor ille legitimus qui fuerit<sup>17</sup> contra diuine legis precepta collatus. Merito patrum beatorum uenerabiles sanctiones cum de sacerdotum<sup>18</sup> electione loquerentur eos demum idoneos sacris administrationibus censuerunt quorum omnis etas a puerilibus exordiis usque ad perfectiores annos per discipline ecclesiastice stipendia cucurrisset. Vt unicuique testimonium prior uita preberet. Nec potest de eius proeiectione dubitari cui pro laboribus multis, pro moribus castis. pro actibus strenuis celsioris loci<sup>19</sup> [29rb] premium debetur. Si enim ad honores mundi sine suffragio temporis, sine merito laboris indignum est perueniri et notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adiuuant, quam diligens et quam prudens habenda est dispensatio<sup>20</sup> diuinorum munerum et celestium dignitatum?

*JK 410; H 622.12-38, Merito patrum - end 623.10-18, M 877-8; ID 5.105a; +D 61 c 5 (mod. at beginning, and much added later), +D 78 c 3 (Quid est - meruit ordinare), C 1 q 1 c 25 (Principatus quem - inchoata principio)*

<sup>5</sup> sana est CKNBZHQ; est sana O

<sup>6</sup> aut *add. and canc.* Z

<sup>7</sup> est pern. CRXBZOH; est perniciosus P; pern. est KND

<sup>8</sup> -b- *ss* B

<sup>9</sup> -ne *ss* C

<sup>10</sup> supra CRXBZOH; super KNDP

<sup>11</sup> nutabit CRXSKD<sup>2</sup>VZOH; mutabit KBP; mutabitur N

<sup>12</sup> *ss* H

<sup>13</sup> tempus *add. and canc.* O

<sup>14</sup> ille est CKNBZOQ; est ille H

<sup>15</sup> *ss* O

<sup>16</sup> in *add.* C<sup>2</sup>LVPZOHQ, *om.* CRXSKNDB

<sup>17</sup> -erit CLSWBVPZOHQ; -erat RXKND

<sup>18</sup> *corr. from* -ote O

<sup>19</sup> cels. loci CRKNVPZOH; loci cels. B

<sup>20</sup> dispensatio CRBVPZOH; *om.* D; dispositio D<sup>2</sup>KN

35<sup>1</sup>

*Non in eligendo episcopo apostolica et canonica decreta uiolentur*<sup>2</sup>

Nec in aliquo apostolica et canonica decreta uiolentur et his ecclesia Domini regenda credatur qui legitimarum institutionum nescii et totius humilitatis ignari non ab infimis sumere incrementum, sed a summis uolunt habere principium, cum ualde iniquum sit et absurdum ut imperiti magistris, noui antiquis et rudes preferantur emeritis.

*JK 410; H 623.18-23, M 878-9; ID 5.105b; +D 61 c 8*

<sup>1</sup> *om. A*

<sup>2</sup> Non in – uiol. *in mg.* (four lines earlier ZOQ) with no break in text ZOHQ

36<sup>1</sup>

*Vt in die Resurrectionis leuitica et sacerdotalis fiat ordinatio. Ex epistola ad Dyoscorum*<sup>2</sup>

Quod die dominico ordinationes sacerdotum celebrantur. non tantum ex consuetudine, sed etiam ex apostolica nouimus uenire doctrina, scriptura manifestante, quod cum apostoli Paulum et Barnaban ex Spiritus Sancti precepto<sup>3</sup> ad euangelium gentibus mitterent predicandum, ieiunantes et orantes imposuerunt eis manus ut intelligamus quanta et dantium et accipientium deuotione curandum sit ne tante benedictionis sacramentum negligenter uideatur impletum<sup>4</sup>, et ideo pie et laudabiliter apostolicis morem gesseris institutis si hanc<sup>5</sup> ordinandorum sacerdotum formam per ecclesias quibus Dominus preesse te<sup>6</sup> uoluit etiam ipse seruaueris, ut his qui consecrandi sunt nunquam benedictio nisi in die Resurrectionis dominice tribuatur. Cui a uespere Sabbati inicium constat<sup>7</sup> asscribi que tantis diuinarum<sup>8</sup> dispensationum misteriis est<sup>9</sup> consecrata. ut quicquid<sup>10</sup> a Domino eius insigniis<sup>11</sup> constitutum in huius diei<sup>12</sup> dignitate sit gestum. In hoc mundus<sup>13</sup> sumpsit exordium, in hac<sup>14</sup> per resurrectionem Christi et<sup>15</sup> mors interitum [29va] et uita accepit principium.

*JK 406; H 627a.53- b.16, M 779-80; ID 6.71; +D 75 c 5*

<sup>1</sup> *om. A*

<sup>2</sup> Ex epistola (Exempla D) - Diascorum. Vt - ordinatio ND

<sup>3</sup> ex Sp. sancti prec. CRKNVZOHQ; prec. sancti Sp. B; exp'c sancti prec. P

<sup>4</sup> *after corr. Z*

<sup>5</sup> *hanc repeated and canc. O*

<sup>6</sup> preesse te CRBPZOH; te preesse KND

<sup>7</sup> *corr. fr. -tant Z*

<sup>8</sup> *ss C*

<sup>9</sup> *ss Z*

<sup>10</sup> quicquid CRD<sup>2</sup>BPZOH; quicumque D; quicquam KN

<sup>11</sup> eius insigniis (*corr. fr. -ignis XN*) LRXWKNDDBVPZHQ; est insignius CSV<sup>2</sup>; eius insignius est D<sup>2</sup>; in eius insigniis O

<sup>12</sup> diei C<sup>2</sup>LSWKNDDBPZOH; *om. CRX*

<sup>13</sup> *corr. from mundo O*

<sup>14</sup> hac CKDBZOH; hoc N

<sup>15</sup> et CKDBZOH; *om. N*

37<sup>1</sup>

*De superiori<sup>2</sup> epistola ad episcopos Affrice. Vnde supra et ne<sup>3</sup> episcopi nisi in maioribus ciuitatibus constituentur<sup>4</sup>*

Superest<sup>5</sup> fratres ut<sup>6</sup> concorditer salubres<sup>7</sup> suscipiatis hortatus, et nichil per contentionem agentes, sed ad omne studium deuotionis unanimes. diuinis et apostolicis constitutionibus pareatis et in nullo patiamini prouidentissima<sup>8</sup> canonum decreta uiolari. Que enim certarum remisimus consideratione causarum antiquis deinceps custodienda sunt regulis, ne quod ad tempus pia lenitate concessimus iusta post ultione plectamus, in eos specialius et propensius commouendi qui in episcopis ordinandis sanctorum patrum statuta neglexerint, et quos refutare debuerint consecrarint<sup>9</sup>. Vnde qui<sup>10</sup> episcopi<sup>11</sup> talem consecrauerint<sup>12</sup> sacerdotem qualem esse non liceat<sup>13</sup> etiam si<sup>14</sup> aliquo<sup>15</sup> modo dampnum proprii honoris euaserint, ordinationis tamen ius ulterius<sup>16</sup> non habebunt, nec unquam ei sacramento intererunt quod neglecto diuino iudicio immerito prestiterunt. Illud sane quod ad sacerdotalem pertinet dignitatem inter omnia uolumus canonum statuta seruari, ut non in quibuslibet locis neque quibuscumque castellis et ubi ante non fuerunt episcopi consecrentur. cum ubi<sup>17</sup> minores sunt plebes. minoresque conuentus presbiterorum cura sufficiat, episcopalia autem gubernacula non nisi in<sup>18</sup> maioribus populis et frequentioribus ciuitatibus oporteat presidere ne<sup>19</sup> quod sanctorum patrum diuinitus inspirata decreta uetuerunt uiculis et possessionibus uel obscuris et solitariis municipiis<sup>20</sup> tribuatur sacerdotale fastigium.

*JK 410; H 624.9-26, cf M 880; Prol. 140-1 to ultione plectamus; ID 5.106 to debuerint consecrarint, ID 5.107 to end, ID 5.143 (Illud sane - end, with extra phrase as BD 1.32)*

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> -iori CRKNBQ; -ora ZO

<sup>3</sup> ne CKDBP; nec N

<sup>4</sup> Unde - constituentur CKNDBP; om. ZOHQ

<sup>5</sup> Superest CKNBZOQ; Que est H

<sup>6</sup> ss C

<sup>7</sup> -r- ss H

<sup>8</sup> corr. fr. prouidentissima Z

<sup>9</sup> corr. to conseruauerint H

<sup>10</sup> non liceat sacerdotem esse *add. and canc.* L

<sup>11</sup> ep. qui *marked for reversal* D

<sup>12</sup> consecrauerint CRXPZOH; consecrarint KND

<sup>13</sup> sac. qualem esse non lic. om. L *but qualem non liceat esse sacerdotem later added in mg. for insertion before consecrauerint* L<sup>2</sup>

<sup>14</sup> in *add.* NB, om. C (*lacuna*) LRXSWKDVPZOH

<sup>15</sup> *lacuna* C

<sup>16</sup> ult- LSWKDBVPZOH; alt- CRXN

<sup>17</sup> corr. from ibi C

<sup>18</sup> in CXKNBV; om. ZOH

<sup>19</sup> ss Z

<sup>20</sup> municipiis *preceded by man- cancelled* H

38<sup>1</sup>

*De penitentibus in necessitate positus mox reconciliandis*

Leo episcopus Theodoro episcopo Foroiuliensi. His qui in tempore necessitatis et in periculi urgentis instantia presidium penitentiae et mox reconciliationis implorant [29vb] nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda, quia misericordiae Dei nec mensuras possumus ponere nec tempora definire<sup>2</sup>, apud quem nullas patitur

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> def- CKNBZOQ; diff- H

uenire moras conuersio dicente Dei Spiritu per prophetam, Cum conuersus ingemueris tunc saluus eris.

*JK 485; H 625b.47 - 626a.2, M 888; ID 15.29a as BD 18.4; +C 26 q 6 c 10a as here*

### 39

*Quod loqui non ualentibus prodesse debeant testimonia fidelium<sup>1</sup>*

Quod si<sup>2</sup> ita aliqua egritudine aggrauati sunt<sup>3</sup>, ut quod paulo ante poscebant sub presenti significare<sup>4</sup> non ualeant, testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debebunt. Simul tamen<sup>5</sup> et penitentiae et reconciliationis beneficium consequantur. seruata tamen regula canonum paternorum circa eorum personas qui in dominica fide discedendo peccauerunt.

*JK 485; H 626a.28-36, M 889; +C 26 q 6 c 10b*

<sup>1</sup> -ium CKNBZOHA; -ia G. Quod – fidelium in mg. ZOQ (with no break in text ZO)

<sup>2</sup> Quod si CKNBZOHQ; Si qui A

<sup>3</sup> aggrauati sunt CRXKNBV; fuerint aggrauati ZOHA

<sup>4</sup> -fi- ss C

<sup>5</sup> tamen *corr. to* que K

### 40

*Quod mane dominico continuato ieiunio Sabbati possit<sup>1</sup> fieri ordinatio c.i.<sup>2</sup>*

Leo Dioscoro episcopo Alexandrino. Quod patribus nostris propensiore cura nouimus esse seruatum, a uobis quoque uolumus custodiri, ut non passim diebus omnibus sacerdotalis<sup>3</sup> uel leuitica ordinatio celebretur, sed<sup>4</sup> post diem Sabbati eiusque noctis que in prima sabbati lucescit exordio consecrandi eligantur in quibus his<sup>5</sup> qui consecrandi sunt ieiunis ac<sup>6</sup> ieiunantibus sacra benedictio conferatur. Quod eiusdem obseruantie erit si mane ipso dominico die continuato Sabbati ieiunio<sup>7</sup> celebretur, a quo tempore precedentis noctis inicio<sup>8</sup> non<sup>9</sup> recedunt. Quod ad diem resurrectionis sicut etiam in Pascha<sup>10</sup> Domini declaratur<sup>11</sup> pertinere non dubium est.

*JK 406; H 627a.39-53, M 779; ID 6.70; D 75 c 4*

<sup>1</sup> possit CKND(after fieri)BZOHQ; prosit A

<sup>2</sup> c.i CKNBZOH<sup>2</sup>Q; om. DHA

<sup>3</sup> sacerdotalibus *corr. from* sacerdotalicabus A

<sup>4</sup> sed C<sup>2</sup>LSKNDBVPZOHA; om. CRX

<sup>5</sup> his CKNBZOHQ; ii A

<sup>6</sup> ac LRXKNBPZOHA; a S; ? C

<sup>7</sup> -nio CRXKNB; -nium ZOHA

<sup>8</sup> inicio CRXSWV2; inicia LKNBVPOHA

<sup>9</sup> ss O

<sup>10</sup> in Pascha CKNBZOHQ; om. A

<sup>11</sup> declaratur CKDBZOHA; om. N

### 41

*Quid plus habeant episcopi quam corepiscopi<sup>1</sup> uel presbiteri cap. i.<sup>2</sup>*

Leo Romane ecclesie et apostolice sedis episcopus uniuersis Germaniarum atque Galliarum regionum<sup>3</sup> episcopis. Quamuis cum<sup>4</sup> episcopis plurima illis ministeriorum communis sit dispensatio, quadam<sup>5</sup> tamen<sup>6</sup> auctoritate ueteris legis, quedam nouelle<sup>7</sup>

<sup>1</sup> corep- CRSKBVPZ; coep- NOHQA

<sup>2</sup> i om. A

<sup>3</sup> ss C

<sup>4</sup> cum CKNBZO<sup>2</sup>HQ; om. O; co A

<sup>5</sup> quadam C?RSKNBVPZOHA; quedam K<sup>2</sup>; quoniam (*subs. canc.*) D

<sup>6</sup> *corr. fr.* tam D

<sup>7</sup> nouelle LRSKNDBVPZOHA; nouellis CR<sup>2</sup>SV<sup>2</sup>

et ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint sicut<sup>8</sup> presbiterorum et diaconorum ac uirginum consecratio. sicut constitutio [30ra] altaris ac benedictio uel unctio. Sic quidem<sup>9</sup> nec erigere eis<sup>10</sup> altaria et ecclesias uel altaria consecrare permittimus. nec per impositiones manuum fidelibus baptizandis uel cum syneresi<sup>11</sup> paraclytum<sup>12</sup> Spiritum<sup>13</sup> Sanctum<sup>14</sup> tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate<sup>15</sup> baptizandorum frontes signare nec publice quidem in missa<sup>16</sup> quemquam penitentem reconciliare, nec formatas cuiuslibet<sup>17</sup> epistolas mittere. Hec enim omnia illicita sunt corepiscopis<sup>18</sup> qui ad exemplum et formam lxx discipulorum esse noscuntur. uel presbiteris qui eandem gestant figuram. Quoniam quamquam<sup>19</sup> consecrationem habeant pontificatus tamen apicem non habent. Que omnia solis debere<sup>20</sup> summis pontificibus<sup>21</sup> auctoritate canonum precipitur, ut per hoc et discretio graduum et dignitatis fastigium summi<sup>22</sup> pontificis<sup>23</sup> demonstretur<sup>24</sup>, sed neque coram episcopo licere<sup>25</sup> presbiteris in baptisterium introire, nec presente antistite infantem tingere<sup>26</sup> aut<sup>27</sup> signare aut<sup>28</sup> penitentem sine preceptione episcopi sui<sup>29</sup> reconciliare, nec eo presente nisi illo iubente sacramentum corporis et sanguinis Christi conficere nec eo coram posito populum docere uel benedicere aut salutare. nec plebem utique exhortari.

*JK+551; H 628.24-41, M 881; ID 6.72; D 68 c 4 var. to apicem non habent only, where Hec enim omnia – gestant figuram was a later addn*

<sup>8</sup> et *add.* K

<sup>9</sup> Sic quidem LRSKNBPZHO; Si quidem CV<sup>2</sup>; Sic quod A

<sup>10</sup> eis CKNBZOHQ; *om.* A

<sup>11</sup> syneresi CR<sup>2</sup>B<sup>2</sup>OH; syrenesi L; sineresi RZ; sirenesi X; syrenensi S; unctione A. id est (cum *add.* DZOQ) unctione *ss* CRXSKNDVPOHQ, *in text* L, *in mg.* BZ.

<sup>12</sup> *corr. fr.* paclytum K, *after* Spiritum A

<sup>13</sup> Spiritum CLRXSXBVPOHQA; *om.* KND

<sup>14</sup> Sanctum CRXKNDBVPOHQ; *om.* A

<sup>15</sup> -te *ss* C

<sup>16</sup> in missa CKNBHQA; immissa Z; imissam O

<sup>17</sup> cuiuslibet LXSWNDBVPZOHA; cuiilibet CK; cuslibet R

<sup>18</sup> corep- CRKNBPZ; coep- OHQA

<sup>19</sup> pontificatus *add. and canc.* A

<sup>20</sup> -ere CRXKNB; -eri ZOHA

<sup>21</sup> *corr. fr.* sacerdotibus V

<sup>22</sup> summi CKDBZOHA; summis N

<sup>23</sup> pontificis CKNBZOHQ; sacerdotis A

<sup>24</sup> *corr. from* -atur O

<sup>25</sup> licere *repeated* O

<sup>26</sup> tingere CKNBOH; tingere ZQA

<sup>27</sup> aut (*canc.*) aut B

<sup>28</sup> aut CRXKNB; nec ZOHQA

<sup>29</sup> ep. sui CKNBOHA; sui ep. Z

## 42

### *Quod non omnis confessio sit publice facienda c. ii<sup>1</sup>*

Leo uniuersis episcopis per Campaniam et Pycenum. Quamuis plenitudo fidei uideatur esse laudabilis, que propter Dei timorem apud omnes erubescere non ueretur. tamen quia non omnium huiusmodi sunt peccata ut ea que penitentiam poscunt non<sup>2</sup> timeant publicare, renouatur<sup>3</sup> tamen inprobabilis consuetudo, ne multi a penitentie remediis arceantur, dum aut erubescunt<sup>4</sup> aut metuunt inimicis suis<sup>5</sup> sua facta reserare<sup>6</sup>.

<sup>1</sup> ii CLRSKNBZOH<sup>2</sup>Q; *om.* XHA

<sup>2</sup> *ss* V

<sup>3</sup> renouatur LRXWKNBVPZOHA; remouetur CSV<sup>2</sup>

<sup>4</sup> -n- *ss* O

<sup>5</sup> *ss* A

<sup>6</sup> a *add.* K

quibus possint legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio que primum Deo offertur, tunc etiam sacerdoti qui pro delictis penitentium precatore accedit<sup>7</sup>. Tunc enim plures ad penitentiam [30rb] poterunt<sup>8</sup> prouocari si populi auribus non publicetur conscientia confitentis.

*JK 545; H 630a.2 - b.6, M 864; cf ID 15.167b as BD 19.159; De pen. D 1 c 89*

<sup>7</sup> prec. (*corr. fr.* peccator B) acc. CNDBZOHA; acc. prec. K

<sup>8</sup> -erunt CKNBOA; -erint ZHQ

### 43<sup>1</sup>

#### *De baptismo*<sup>2</sup>

Leo uniuersis episcopis per Syciliam<sup>3</sup>. Proprie in morte crucifixi et in<sup>4</sup> resurrectione ex mortuis potentia baptismatis nouam creaturam condit ex uetere ut in renascentibus et mors Christi operetur et uita, dicente apostolo. An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu in morte ipsius baptizati sumus?<sup>5</sup> Consepulti<sup>6</sup> enim sumus cum illo per baptismum in morte ut quomodo surrexit<sup>7</sup> Christus a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in nouitate uite ambulemus. Si enim conplantati facti<sup>8</sup> sumus similitudini mortis eius. simul et resurrectionis erimus. Et cetera que latius magister gentium ad commendandum sacramentum<sup>9</sup> baptismatis disputauit. ut appareret ex huius doctrine<sup>10</sup> spiritu regenerandis filiis hominum et in Dei filios adoptandis illum diem et illud tempus electum in quo per similitudinem formamque mysterii ea que geruntur in membris his<sup>11</sup> que in ipso sunt capite gesta<sup>12</sup> congruerent, dum in baptismatis regula et mors interuenit interfectione peccati et sepulturam triduanam imitatur trina dimersio et ab aquis<sup>13</sup> eleuatio resurgens instar est de sepulchro. Ipsa igitur operis qualitas docet celebrande generaliter<sup>14</sup> gratie diem<sup>15</sup> legitimum<sup>16</sup> eum esse in quo orta est et uirtus muneris et species actionis. Ad cuius rei confirmationem plurimum ualet quod ipse Dominus Iesus Christus postea<sup>17</sup> quam resurrexit<sup>18</sup> a mortuis discipulis suis in quibus omnes ecclesiarum presules docebantur et formam et potestatem tradidit baptizandi dicens, Euntes docete<sup>19</sup> gentes baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. De quo utique eos etiam ante passionem potuisset instruere, nisi proprie uoluisset intelligi regenerationis gratiam ex sua resurrectione cepisse. Additur<sup>20</sup> sane huic obseruantie etiam<sup>21</sup> Pentecostes ex aduentu [30va] Sancti Spiritus<sup>22</sup> sacrata sollempnitas, que de Paschalis festi pendet articulo.

<sup>1</sup> *om.* A

<sup>2</sup> De bapt. CRXKNVPZ; *om.* B (*for* ZOHQ *see below*)

<sup>3</sup> Leo uniuersis episcopis per Siciliam de baptismo (de bapt. ZHQ, episcopo O) *as rubric* ZOHQ

<sup>4</sup> in CKNBZOQ; *om.* H

<sup>5</sup> An ignoratis – sumus *in mg.* L<sup>2</sup>

<sup>6</sup> Consep- CKNBZOQ; Cum sep- H

<sup>7</sup> surrexit CKNBOHQ; resurrexit Z

<sup>8</sup> *ss* C

<sup>9</sup> -dum B

<sup>10</sup> *ss* C

<sup>11</sup> his CKNBHQ; iis ZO

<sup>12</sup> sunt capite gesta CKNBZH; gesta sunt capite O

<sup>13</sup> *corr. fr.* aliquis H

<sup>14</sup> *add. in margin.* C

<sup>15</sup> diem CKNVPZOH; diei B?

<sup>16</sup> *lacuna follows* B

<sup>17</sup> poat P

<sup>18</sup> resurr- LRSWBVPZOH; surr- CXKN

<sup>19</sup> *corr. fr.* dicite X; omnes *add.* ZOH, *om.* CRKNBP

<sup>20</sup> autem *add.* KND, *om.* CRXSBVPZOH

<sup>21</sup> etiam LRXSWKNDBVPZOH; et *ss* C

<sup>22</sup> Sancti Sp. CRKBPZOH; Sp. sancti ND

Et<sup>23</sup> cum ad alios dies alia festa pertineant. hec semper ad eum diem qui resurrectione Domini est insignis occurrit. porrigens quodam modo auxiliantis gratie manum, et eos quos a die Pasche aut molestia infirmitatis aut longinquitas itineris<sup>24</sup> aut nauigationis difficultas interclusit<sup>25</sup> inuitans in<sup>26</sup> quibuslibet necessitatibus impediti desiderii sui effectum dono Sancti Spiritus<sup>27</sup> consequantur. ITEM<sup>28</sup>. Hoc autem nos non ex nostra persuasione defendere sed ex apostolica auctoritate seruare satis idoneo probamus exemplo, sequentes beatum<sup>29</sup> apostolum Petrum<sup>30</sup>, qui in ipso die quo omnem credentium numerum promissus Sancti Spiritus repleuit aduentus trium milium populum sua predicatione conuersum lauachro baptismatis consecrauit. Quod sancta<sup>31</sup> scriptura que apostolorum actus<sup>32</sup> continet fideli hystoria docet dicens, His auditis<sup>33</sup>, compuncti sunt corde et dixerunt ad Petrum et reliquos apostolos. Quid faciemus uiri fratres? Petrus autem ad illos, Penitentiam, inquit, agite, et baptizetur unusquisque uestrum in nomine Domini nostri Iesu Christi in remissionem peccatorum uestrorum et accipietis donum Sancti Spiritus<sup>34</sup>.

*JK 414; H 612.b.23 - 613.a.9 to consequantur, 613a.25- 42 (Item hoc - end), M 872, 873; ID 1.45-46 divided as OHQ; De cons. D 4 c 13*

<sup>23</sup> enim *add. and canc.* Z

<sup>24</sup> *corr. fr.* iten- B

<sup>25</sup> -usit CRKNBV(ss)ZOQ; -udit H

<sup>26</sup> in CRKNBVP (*obscure mark of correction here in K*); *om.* D; ut D<sup>2</sup>ZOH

<sup>27</sup> Sancti Spiritus CRXKNBP; Spiritus Sancti H; Sancti ZOQ

<sup>28</sup> *Rubric* OHQ

<sup>29</sup> *om.* P

<sup>30</sup> ap. Petr. CRNDVPZOQ; Petr. ap. SKBH

<sup>31</sup> sancta CXSBVPZOQ; sacra KND

<sup>32</sup> actus CKDBZOQ; *om.* N

<sup>33</sup> auditis CKDBZOQ; audistis N

<sup>34</sup> sancti Sp. CRKNVPZOQ; Sp. sancti B

#### 44

##### *Item<sup>1</sup>. Non esse celebrandum baptisma in Epyphania<sup>2</sup>*

Si quis autem Epyphanie festiuitatem que in suo ordine debito honore ueneranda est ob hoc existimat priuilegium habere baptismatis, quia hoc quidam putant, quod in eadem die Dominus ad baptismum sancti Iohannis accesserit. Sciat illius baptismi aliam gratiam, aliam<sup>3</sup> fuisse rationem nec ad eandem pertinuisse uirtutem qua<sup>4</sup> per Spiritum Sanctum renascuntur de quibus dicitur. Qui non ex sanguinibus neque ex uoluntate<sup>5</sup> carnis. neque ex uoluntate<sup>6</sup> uiri. sed<sup>7</sup> ex Deo nati sunt. Dominus enim nullius indigens remissione peccati nec querens remedium renascendi sic uoluit bap [30vb] tizari quomodo et<sup>8</sup> uoluit circumcidi<sup>9</sup>. Hostiamque pro se emundationis offerri ut qui factus<sup>10</sup> erat<sup>11</sup> ex muliere sicut apostolus ait, Fieret<sup>12</sup> et sub lege quam non

<sup>1</sup> *after* Epyph. P

<sup>2</sup> bapt. in Ep. CKNBPOHA; bapt. in Ep. Domini LRXSV; in Ep. bapt. Z

<sup>3</sup> aliam CKNBZOQ; *om.* A. In P p 63 and c 44 ends here, and p 64 (*the verso*) begins with c 45; the rest of c 44 is in the middle of c 50 (p 65).

<sup>4</sup> uirtutem qua CRKNVZOQ; uirtutem quia B; ueritatem quia A

<sup>5</sup> uoluntate CRSBZOHA; uoluptate KND

<sup>6</sup> uoluntate CKNDBOHA; uoluptate Z

<sup>7</sup> *added by* H<sup>2</sup>

<sup>8</sup> et CNDBZOHA; *om.* K

<sup>9</sup> uol. circ. (*corr. fr.* -ile N) CKNBZOQA; circ. uol. H

<sup>10</sup> *corr. fr.* facturus R<sup>2</sup>

<sup>11</sup> erat CKNB; fuerat ZOHA

<sup>12</sup> Fieret CKNBZOQ; Fiere A

uenerat<sup>13</sup> soluere sed implere<sup>14</sup> et implendo finire, sicut apostolus predicat dicens, Finis autem legis Christus ad iusticiam omni credenti. Baptismi autem sui in se condidit sacramentum. quia in omnibus primatum tenens se docuit esse principium. Et tunc regenerationis potentiam sanxit. quando de latere ipsius profluxerunt<sup>15</sup> sanguis redemptionis et aqua baptismatis.

*JK 414; H 613.b.5-32, M 873-4; ID 1.47; IP 1.18; De cons. D 4 c 14*

<sup>13</sup> uenerat CRXKNBZ; nouant O; nouerat HQA

<sup>14</sup> implere CKNBOHA; adimplere Z

<sup>15</sup> profluxerunt CKNBZOQ; prefluxerunt H; fluer' A

#### 45

*Idem Ianuario episcopo Aquileiensi. De reuertentibus ab heresi*

Saluberrimum enim<sup>1</sup> et spiritualis medicine utilitate plenissimum est<sup>2</sup>, ut siue presbyteri, siue dyaconi, siue subdyaconi<sup>3</sup> aut cuiuslibet ordinis<sup>4</sup> clerici qui se correctos<sup>5</sup> uideri uolunt atque ad catholicam fidem quam pridem amiserant rursum reuerti ambiunt prius errores suos et ipsos auctores erroris a se<sup>6</sup> dampnatos sine<sup>7</sup> ambiguitate fateantur et<sup>8</sup> sensibus prauis etiam peremptis nulla desperandi supersit occasio. nec ullum membrum talium possit societate<sup>9</sup> uiolari, cum per omnia illis professio propria ceperit obuiare. Circa quos etiam illam canonum constitutionem precipimus custodiri. ut in magno habeant<sup>10</sup> beneficio si adempta<sup>11</sup> sibi omni spe promotionis in quo inueniuntur ordine stabilitate<sup>12</sup> perpetua maneant<sup>13</sup> si tamen iterata unctio<sup>14</sup> non fuerint maculati.

*JK 416; H 615a.47-b.2, M 868; ID 6.97; +C 1 q 7 c 21*

<sup>1</sup> enim LRXSWBPZOHA; enim *and lacuna* C; est enim KND

<sup>2</sup> est CKDBZOHA; *om.* N

<sup>3</sup> siue subdyaconi CRXKDBVP; uel subdiaconi ZOHA; *om.* N

<sup>4</sup> *corr. fr.* -ines Z

<sup>5</sup> correctos CKNBZHA; correptos O

<sup>6</sup> a se CKNBZOHQ; esse A

<sup>7</sup> omni *add.* KND, *om.* CRXSBPZOHA

<sup>8</sup> *corr. to* ut K

<sup>9</sup> societate CKNBOHA; sociate Z

<sup>10</sup> habeant C<sup>2</sup>LR<sup>2</sup>SWDBVPZOHA; habent CRXKN

<sup>11</sup> adempta CKNBVZOA; adepta HQ

<sup>12</sup> -ate CRKDBPZOHA; -ati K<sup>2</sup>N

<sup>13</sup> perpetua maneant CRXSBPZOHA; permaneant KND

<sup>14</sup> unctio CLRXSWKDV<sup>2</sup>; uel tinctio *ss* C; tinctio D<sup>2</sup>NBVZOH; tictione A

#### 46

*Idem<sup>1</sup> Rustico episcopo Narbonensi. De stabilitate non mutandorum et discretione temperandorum<sup>2</sup>*

Sicut quedam sunt que nulla possunt ratione<sup>3</sup> conuelli. ita multa sunt que aut pro necessitate temporum aut pro consideratione etatum oporteat temperari, illa semper conditione<sup>4</sup> seruata ut in his que uel dubia fuerint aut obscura id nouerimus sequendum quod nec preceptis euangelicis contrarium nec decretis sanctorum patrum inueniatur aduersum.

*JK 544; H 616b.19-27, M 890; Prol. 126; D 14 c 2 as here, not as AL 2.76*

<sup>1</sup> Idem CKNBZHA; Item O

<sup>2</sup> De stab. - temp. *in mg. to c 47 G, in mg to c 46 ZO*

<sup>3</sup> ratione CKNBZOHQ; nomine A

<sup>4</sup> etatum - conditione *in mg.* B

## 47

*Idem<sup>1</sup>. De [31ra] legitimis<sup>2</sup> et non legitimis nuptiis<sup>3</sup>*

Non omnis mulier uiro iuncta uxor<sup>4</sup> est uiri, quia nec omnis filius heres est patris. Nuptiarum autem federa inter ingenuos sunt legitima et inter equales et multo prius hoc ipsum Domino constituyente quam initium Romani iuris existeret. Itaque aliud est uxor. aliud concubina, sicut aliud<sup>5</sup> ancilla, aliud<sup>6</sup> libera. Propter quod etiam apostolus ad manifestandam harum personarum discretionem testimonium ponit ex Genesi, ubi dicitur Abrahe, Eice ancillam et filium eius. Non enim heres erit filius ancille cum filio meo Ysaac<sup>7</sup>. Vnde cum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut preter sexuum coniunctionem que haberet<sup>8</sup> in se Christi et<sup>9</sup> ecclesie sacramentum. dubium non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium in qua docetur nuptiale non fuisse ministerium<sup>10</sup>. Igitur cuiuslibet loci clericus, si filiam suam uiro habenti concubinam in matrimonium dederit<sup>11</sup>, non ita accipiendum est<sup>12</sup> quasi eam coniugato dederit, nisi forte illa mulier et ingenua facta et dotata legitime et publicis nuptiis honestata uideatur. Paterno arbitrio uiris iuncte carent culpa si mulieres que a uiris<sup>13</sup> habebantur in matrimonio non fuerint<sup>14</sup>, quia aliud est nupta. aliud concubina<sup>15</sup>.

*JK 544; H 616b.67 - 617a.28 (c 4), M 891-2; ID 8.74 (pt only).8.139 (inscr. var. as BD 9.1); IP 6.23 as ID 8.74, 6.35 as ID 8.139; +C 32 q 2 c 12*

<sup>1</sup> Idem CLRXSWBVP; *om.* KN; Item ZOHA; *D has rubric:* Que sint legitima coniugia

<sup>2</sup> nuptiis *add.* HQA, *om.* CKXNBVZO

<sup>3</sup> nuptiis CRXKNBVZO<sup>2</sup>; nuptitiis O; *om.* HQA

<sup>4</sup> mulier (uxor *ss*) L

<sup>5</sup> *corr. fr.* alia Z

<sup>6</sup> *corr. fr.* alia Z

<sup>7</sup> meo Ys. *in mg.* L<sup>2</sup>

<sup>8</sup> haberet CKNBZOHQ; hereret A

<sup>9</sup> et C<sup>2</sup>LRXSWKNBVPZOH; *om.* C; et *with a mark of abbrev.* A

<sup>10</sup> ministerium RXWKNDVBPZO<sup>2</sup>HA; misterium CLSV<sup>2</sup>O

<sup>11</sup> nisi forte illa mulier *add. and canc.* N

<sup>12</sup> acc. est CRSBVPZOHA; est acc. KND

<sup>13</sup> que a uiris *ss* R

<sup>14</sup> fuerint CRSKNDV<sup>2</sup>; fuerunt BVPZO; fuer' A; sic erunt H

<sup>15</sup> N (*mg.*) Iuuenalis. Omne a'i uitium tanto [?] conspectius in se crimen habet quanto maior qui peccat habetur. V' qui maior est in ordine maior sit in crimine et quanto altior gradus tanto grauior casus; *at foot of leaf in small hand* O *adds* Ag. Non habent nuptie in se Christi et ecclesie sacramentum si eas non subsequatur commixtio sexuum. Nec pertinere poterit illa mulier ad matrimonium cum qua docetur non fuisse commixtio sexuum.

## 48

*Idem Anastasio episcopo Thessalicensi. De castitate ministrorum*

Sacerdotum enim tam<sup>1</sup> excellens est electio ut hec<sup>2</sup> que in aliis membris ecclesie non uocantur ad culpam in illis tamen habeantur illicita. Nam cum<sup>3</sup> extra clericorum ordinem constitutis nuptiarum societati et procreationi filiorum studere sit liberum. ad exhibendam<sup>4</sup> tamen perfecte continentie puritatem<sup>5</sup> nec subdiaconibus quidem carnale conubium conceditur. ut et<sup>6</sup> qui habent sint tanquam non habentes. et qui<sup>7</sup> non habent permaneant singulares. Quod si in hoc ordine qui quartus est<sup>8</sup> a capite dignum

<sup>1</sup> tam CKNBZHQ; eam A; ta O

<sup>2</sup> *ss after* que Z

<sup>3</sup> cum CKDBZOHA; *om.* N

<sup>4</sup> -am CKNBZHA; -um O

<sup>5</sup> -u- *ss* C

<sup>6</sup> et CKDBZOHA; *om.* N

<sup>7</sup> habent - et qui *om.* A

<sup>8</sup> est CKNBOHA; *om.* Z

est custodiri. quantomagis in primo [31rb] uel secundo tercioue seruandum est, ne aut leuitico aut presbyterali honore. aut episcopali excellentia quisquam idoneus estimetur. qui<sup>9</sup> se a uoluptate luxurie necdum<sup>10</sup> refrenasse detegitur<sup>11</sup>.

*JK 411; H 619b.3-21, M 858; ID 6.98 (cf ID 6.221 as BD 2.148); IP 3.100 (Ad exhibendam tamen – singulares only); D 32 c 1*

<sup>9</sup> a add. A

<sup>10</sup> Z microfilm omits fos 51v-2 from here, and resumes at 52v in 1.45.1 below.

<sup>11</sup> detegitur CKNBZOHQ; detetigitur A

#### 49

*Idem uniuersis episcopis per Affricam. De uirginibus incorruptis*

De his autem que in sacro uirginitatis proposito constitute barbaricam pertulere uiolentiam et integritatem pudoris non animo sed corpore perdiderunt. ea nobis uidetur seruanda moderatio ut neque in uiduarum deiciantur gradum, neque in sacrarum et<sup>1</sup> perseuerantium uirginum numero censeantur. Quibus si in omnibus uirginalibus perseuerant. et castimonie soliditatem mente custodiunt, sacramentorum non est neganda communio. Quia iniustum est illas in eo uel argui uel notari quod non uoluntas admisit sed uis hostilis eripuit.

*JK 410; H 624.33-39, om. M; ID 7.87 (insc. variant as BD 8.69)*

<sup>1</sup> et CKNBOHQ; om. A

#### 50

*Idem Leoni<sup>1</sup> Rauennensi episcopo<sup>2</sup>. De his qui utrum baptizati<sup>3</sup> sint nescitur*

Cum itaque baptismi sui nichil recordetur qui regenerationis est cupidus. nec alter attestari<sup>4</sup> de eo<sup>5</sup> possit qui sciat consecratum<sup>6</sup>. nec ille qui consecratur. scimus quidem inexpiabile<sup>7</sup> esse facinus. quotiens iuxta hereticorum dogma contra sanctorum patrum instituta cogitur aliquis lauachrum quod regenerandis semel tributum est bis subire. apostolica reclamante sententia. que nobis unam predicat in Trinitate deitatem, unam in fide confessionem, unum in baptisate sacramentum. Sed in hoc nichil<sup>8</sup> simile formidatur, quoniam non potest in iterationis crimen uenire quod factum esse omnino nescitur. Atque ideo quotiens persona talis inciderit<sup>9</sup>, solita primum examinatione discutite. et longo tempore nisi forte supremus finis immineat indagare. utrum nemo penitus sit qui testimonio suo iuuare possit ignorantiam nescientis. et cum constiterit<sup>10</sup> hunc qui baptismatis indiget sacramento sola inaniter suspicione prohiberi<sup>11</sup>, accedat [31va] intrepidus ad consequendam gratiam. cuius in se nullum scit esse uestigium. Nec uereamur<sup>12</sup> huic ianuam salutis aperire<sup>13</sup> quam nunquam ante docetur ingressus.

*JK 543; H 626b.26-55, M 876; ID 1.48; De cons. D 4 c 112*

<sup>1</sup> Leoni CRXSKBVPNOQA; om. W; Leonis H

<sup>2</sup> Rau. (Rauanensi O) ep. LRXKNBVPOHA; ep. Rau. C; Rauannensi S; ep. Leo Nirauensiensi W

<sup>3</sup> utrum bapt. CKDBOHA; bapt. utrum N

<sup>4</sup> att- CKNDBHA; ast- O

<sup>5</sup> de eo CD(before att.)KBOHA; om. N

<sup>6</sup> P adds here: fuisse rationem – aqua baptismatis (from c 44, qv)

<sup>7</sup> inexpiabile CKNBOH; inexpiabilem Q; inexpugnabile A

<sup>8</sup> nichil CKNBOQA; om. H

<sup>9</sup> inciderit LRXSWKNBVPOHA; incederit C

<sup>10</sup> con- ss K

<sup>11</sup> prohiberi CKDBOHA; inhiberi N

<sup>12</sup> uereamur CLWNBVPOHA; uereantur RXSKD

<sup>13</sup> corr. fr. accipere C

*Idem Dyoscoro Alexandrino episcopo. Plusquam unam<sup>1</sup> missam faciendam esse<sup>2</sup> in die*

Necesse est autem ut quedam populi pars sua deuotione priuetur si unius tantum misse more seruato<sup>3</sup> sacrificium offerre non possunt nisi prima diei parte conuenerint. Studiose<sup>4</sup> ergo fraternitatem tuam familiariter admonemus, ut quod nostre consuetudini ex forma paterne traditionis insedit. tua quoque cura<sup>5</sup> non negligat, ut per omnia nobis fide et actibus congruamur<sup>6</sup>. Propter quod remeante filio nostro Possidonio presbitero hanc ad dilectionem tuam epistolam dedimus perferendam, qui nostris processionibus atque<sup>7</sup> actionibus frequenter interfuit, et totiens ad nos missus quid in omnibus apostolice sedis auctoritas teneret<sup>8</sup> agnouit.<sup>9</sup>

*JK 406; H 627b.46-62, M 780; ID 2.87; De cons. D 1 c 51*

---

<sup>1</sup> *ss R*<sup>2</sup>

<sup>2</sup> esse CRXKDVOA; *om. NBP; H obsc.*

<sup>3</sup> more seru. CRKNDVPOHA; seru. more B

<sup>4</sup> -e *ss C*

<sup>5</sup> cura CKNBVHA; *om. O*

<sup>6</sup> -amur LRXSWK?NBVPOHA; -amus CD

<sup>7</sup> atque CKNVPOHA; et B

<sup>8</sup> auct. teneret (-t *ss C*) CRXWBVPOHA; ten. auct. KND

<sup>9</sup> Explicit *add. LRXS*